EURIPIDIS

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT

GODOFREDUS HERMANNUS.





VOLUMINIS III. PARS I.

ORESTES.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

MDCCCLXI.

EURIPIDIS

ORESTES.

LIPSIAE
EX OFFICINA I. B. HIRSCHFELDI.

EURIPIDIS

ORESTES.



RECENSUIT

GODOFREDUS HERMANNUS.

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

MDCCCXLI.

PRAEFATIO.

Orestem tragoediam etiam si nesciremus quando docuerit Euripides, tamen certissimis indiciis ad illud tempus referre deberemus, quo simul et artis tragicae flos marcescere coeperat, et populi sensus ita erat hebetatus, ut pro pristina simplicitate et gravitate artificiosam communis vitae imitationem expeteret. Nam ingens illa scenicos ludos spectandi cupiditas, quae populum Atheniensem ceperat, quum multos etiam eorum, quos non ipsa natura poetas finxisset, ad scribendas tragoedias invitaret, fieri non poterat, quin vel ipsa multitudo poetarum, praesertim de victoria certantium, alios alia quae populo placerent quaerere cogeret. Placent autem plerisque, quae neque a moribus eorum ac studiis nimis aliena sunt neque captum ita excedunt, ut non possint nisi cum aliqua mentis intentione percipi. Hinc poetae isti quum magis magisque ad quamdam verbosam tenuitatem descendissent, etiam eos quibus non deerat ingenium in eamdem labem implicarunt, effeceruntque ut illi quoque incuriosius et negligentius quàm poterant scribere inciperent: cuius rei illustre exemplum ipsum habemus Euripidem. Is quidem etsi excusationem aliquam ex illa temporum conditione habet, tamen ipse quoque non nihil eo contulit, ut in deterius rueret tragoedia:

quo non immerito severum Aristophanis iudicium est expertus. Nam quum natura propensior ad quamdam tenuitatem et subtilitatem, neque aut tam excelso animo quam Aeschylus, aut tam caste temperato ingenio quam Sophocles esset, eo facilius se adduci passus est, ut aliquid de pristina cura diligentiaque remitteret, magisque quid placiturum populo esset, quam quid deberet placere spectandum putaret. Atque in Oreste quidem non pauca sunt, quae si quis accuratius consideret, non modo non laudanda, verum etiam vel ut inutilia vel ut pugnantia cum natura tragoediae vituperanda esse intelligat. Statim ipsum fabulae argumentum ita comparatum est, ut, si eo modo quo placuit Euripidi tractetur, bona tragoedia componi nequeat. Est enim, ut brevissime dicam, capitale periculum Orestis et Electrae, ex quo quum illos salvos evadere oporteret, curandum erat ut et metu implerentur spectatores et gauderent liberatis. Neutrum eo quo conveniebat modo factum est, sive, ut rectius dicam, non est omnino factum. Nam quum illud argumentum haec duo quasi capita habeat, periculum et liberationem a periculo, quae ad periculi descriptionem pertinent, qualia tandem sunt? Maternae caedis reos Orestem et Electram capitis damnaturi sunt Argivi. Metuunt igitur Orestes et Electra instantem sibi mortem. Hunc metum videtur Euripides cum eo metu confudisse, qui in animis spectatorum excitari debebat, putasseque, si Orestes et Electra metuerent, eum metum etiam ad spectatores pertinere. At hoc secus est. Nam Orestes et Electra iam sunt in metu: spectatores nihil aliud quam vident hos metuere iustamque metuendi caussam habere; ipsi non metuunt. Nam ut cum aliquo et de eo metuamus, non satis est scire illum in metu esse, sed infortunio eius ita nos

tangi commoverique oportet, ut quae illius sunt nostra esse, ipsique affligi, si quid illi mali accidat, putemus. Nunc quid est quod nos non dicam tanto, sed vel aliquo amore Orestis et Electrae impleat? Non mehercule caedes matris: nam haec impium est atque abominandum facinus, quod ipsi non possumus quin capitis poenam meruisse confiteamur. Quid ergo reliquum est? Sine dubio pietas erga patrem, quae eos impulit, ut eius interfectricem, quamvis mater esset, occiderent. Haec pietas, hic amor patris, coniunctumque cum eo iustum matris et adulterae et mariti interfectricis odium si nobis in principio fabulae ante oculos posita essent, ut iisdem et ipsi sensibus affecti illos non modo ut insontes, sed etiam ut iustos nefandi sceleris ultores omni animorum consensione amplecteremur, tum demum et cum iis et pro iis metueremus, cuperemusque anxie ut supplicium quod iis imminet effugerent. At horum nihil factum est, sed Orestem aegrotantem et insanientem, Electram autem sollicite in curando fratris morbo occupatam videmus: quae miserabilia quidem sunt, sed nihil pertinent ad imminens ab indicio periculum. Ita metus, quo corripiamur, nullus est, sed eius loco sola relinquitur exspectatio, num patruus Menelaus, in quo salutis spem positam esse audimus, pro reis sit intercessurus. Atque habebat ille quidem ut id faceret magnum incitamentum, quod propter fratris sui caedem iratus esse Clytaemnestrae, iusteque eam interfectam fateri debebat: verum illa ipsa fratris interfectrix non solum impie occisa erat a filio, sed erat etiam soror Helenae, ut ne hanc quidem caedem impune patratam esse vir uxorius cupere deberet. Itaque non poterat non valde dubia spes esse, quae poneretur in homine paria in utramque sententiam argumenta habente. Ac videtur ille quidem se initio

amicum magis Oresti quam inimicum praebere; sed illo ipso momento, quo eius auxilium imploraturus est Orestes, Tyndarus advenit, qui vehementissima oratione Orestis facinus detestatur, atque, ubi ille se defendit, multo magis exasperatus omnem se operam daturum affirmat, ut ad mortem non solum ipse Orestes, sed etiam soror eius condemnetur, ut cuius instinctu caedes Clytaemnestrae fuerit perpetrata; simul autem Menelao quoque, ni illos lapidandos curet, terra Spartana interdicit. Ita perexigua spe relicta, ubi discessit Tyndarus, orat Menelaum Orestes ut sibi subveniat: quo ita respondente ut eum tergiversari apertum sit, moriendum esse videns Orestes aliquid solatii nanciscitur improviso adventu Pyladae, cuius hortatu ipse se sistere in iudicio constituit, si forte generis nobilitatem respicientes ad mitiorem sententiam adducere iudices possit. Hanc vero totam scenam patet producendae fabulae caussa esse inventam. Non habet enim aliam utilitatem, quam ut et Pylades, quo in ultima parte tragoediae opus erit, adsit, et Orestes in cassum generosus appareat, quum se et sororem ipsos sibi mortem daturos spondet. Quae quomodo in iudicio acta sint, exponit nuntius.

Sequitur altera pars tragoediae. Nam dum illi lamentantur moriendi necessitatem, eamque in Menelao necanda Helena vindicare constituunt, in mentem venit Electrae Hermionam pro pignore comprehendi posse, quam, ni efficiat Menelaus ut mutent Argivi sententiam, interfecturos minentur; si eos autem servare nolit, interficiant. Hoc igitur consilium comprobant: quod etsi prudenter captum esse spectatores vident, tamen vix latere eos potest, quanta sit cum imprudentia coniunctum. Nam praevideri poterat, Helena occisa multo implacabiliorem fore Menelaum, quem, si hanc quoque una cum

filia comprehensam se occisuros ostenderent, longe facilius erant in sua potestate habituri. Verum maluit Euripides illos minus prudenter agere, quam amittere occasionem qua theatrum et miraculo raptae in caelum Helenae et insolito adspectu trepidantis prae pavore Phrygis eunuchi oblectaret. Itaque precati manes Agamemnonis, manifesta imitatione Aeschyli, dispositoque ad observandum choro, Orestes et Pylades intus Helenam aggrediuntur, Electra autem ante fores reducem a Clytaemnestrae tumulo Hermionam simulata oratione excipit, quam introituram Orestes et Pylades comprehendunt atque intro rapiunt, sequente eos Electra. Tum elapsus ex aedibus Phryx incredibili formidine palpitans quae intus acta sint choro exponit. Eum hominem egressus ex aedibus Orestes postquam ludibrio habitum intro pepulit, ipse cum Pylade accensis facibus in tecto apparet, ferrum iugulo Hermionae intentans, quum Menelaus advenit corpus Helenae reposcens. Ei Orestes necem Hermionae minatur, ni adducat Argivos ut se sororemque suam vivere sinant. Haesitante autem illo quid faceret, Electram et Pyladem iubet domum incendere, ipse Hermionam interfecturus. Menelaus clamore ad opem ferendam excitat Argivos. Ibi vero apparet Apollo, Helenam inter deos relatum iri, Orestem autem post annuum apud Arcades exsilium Athenis Areopagi iudicio absolutum iri nuntians, uxoremque ducere Hermionam, Pyladae vero sororem in matrimonium dare iubens. Quibus dei dictis pax et concordia fit.

Haec repentina status commutatio quam rude inventum sit in promptu est. Manifestum est enim, poetam, postquam rem ita implicavit ut in se ipsa nullam contineat quae cum vulgari fama congrueret nodi solvendi rationem, ad deum ex machina confugisse, qui

iam satis productae fabulae rupto violenter nodo finem imponeret eum, quem plerique homines optant, ut composito discrimine omnes contenti discedant.

Exposui argumentum tragoediae, in qua ne Helena et Hermiona personae non necessariae esse viderentur, recte cautum est in prologo, quo Electra postquam Tantalidarum funestam sortem conquesta est, iudicium capitis Oresti sibique imminere dicit, quo ne condemnentur unicam spem esse in Menelao, qui praemissa Helena adsit, filiam Hermionam, quam valde amet, secum adducens. Eodem modo autem statim in prologo prospectum esse oportebat introducendis Tyndaro et Pyladae, qui nunc, quod vitiosum est, casu in mediam rem adveniunt. Si tum sequerentur ea quae rettuli, recte procedere fabula existimari posset. Verum placuit Euripidi more suo aliena intexere, quibus exiliter compositis res gravis ad communis vitae tenuitatem depressa populo placitura videretur. In his primo ipsa Helenae atque Hermionae introductio numeranda est. Nam satis erat intus esse istas mulieres, ut interfici Helena, virgo autem in tecto statui posset. Quorsum ergo in conspectum productae sunt, nisi ut Helena ob formae curam vituperaretur, quae extremos tantum crinium apices tumulo sororis consecret, Hermiona autem ad illud sepulcrum mitteretur, a quo revertentem corriperent Orestes et Pylades, quorum non minus in potestate erat, si domo non exisset. Gravius in Orestis persona peccatum est. Eum constabat a Furiis agitari. At quid nunc opus erat insania, ubi non quod insaniret, sed quod matrem interfecisset capitis reus agebatur? Est autem non modo ipsa insania inutilis, sed etiam forma eius talis, quae quum omnino abhorreat a natura tragoediae, tum pugnet etiam cum extrema parte fabulae. Nam homo

morbi vi fractus, somnulentus in lecto iacens, squallidus capillis, os spuma spurcatus, miserabilem quidem adspectum, sed eumdem etiam foedum praebet, ubi, ut hic, solus is status ipse per se, non ut poena impii facinoris divinitus immissa, commovendae miserationi adhibetur. Ei homini assidens soror, aegrotumque modo erigi modo reclinari cupientem sedulo curans, spectaculum praebet, quale in quavis domo videre licet, miserabile quidem, sed nihil habens quod animum aliqua magnae et gravis rei cogitatione erigat. Hic vero ita morbo debilitatus et confectus Orestes, qui paullo post vix se pedibus sustinens Pyladae innisus aegre ad indices prorepit, in extrema fabula ita convaluit, ut Helenam occidat, foras erumpat Phrygem persequens, de summa domo suggrundas se deiecturum esse Menelao minetur.

Pyladae adventum post Orestis cum Menelao colloquium nihil ad rem conferre, eoque totam illam scenam inutilem esse, supra dictum est. Praeterea vero in ipsa ista Pyladae introductione exilis illa diligentia conspicitur, qua Euripides omnia, etiam quae omitti satius erat, explicare consuevit. Concedendum est, Pyladae personam, quae coniunctissima cum Oreste eiusque facinore est, vix abesse potuisse. Quid vero opus erat, ut ille Argis in Phocidem migraret, inde autem exsul Argos repeteret, quae sine caussa inventa ne omni veri similitudine destituerentur, aliis inutilibus machinis cautum est. Nam sexto post caedem Clytaemnestrae die res agi fingitur, ut v. 39. et 411. ostendunt. Particeps caedis labantem in funere matris Orestem sustinuisse dicitur v. 395. Illud igitur sex dierum spatium ea caussa sumptum est, ut Pylades satis temporis haberet, quo Argis in Phocidem abire et ex Phocide Argos revertere posset. At si tota illa profectio inutilis est, ne illis qui-

dem sex diebus opus erat. Omninoque parum veri simile est, ut Pylades amicum suum statim desereret, praesertim quum periclitaturum ab Argivis ex matris interfectione praevidere deberet. Quod si, ut aequum erat, mansisset Argis, nihilo minus, immo multo probabilius affuisset, quum adiuvandus in occidenda Helena tuendusque adversus Menelaum erat Orestes.

Eadem molesta subtilitate finxit Euripides chorum, quum videre iussus est ne quis ad aedes appropinquet, dum Helena interficiatur, vano strepitu territum gressus audire sibi videri cuiuspiam, quem statim nullum esse intelligit.

Contra egregia arte elaborata est eunuchi Phrygis persona, sub qua etsi non inepte Musgravius poetam putat Persarum mollitiam atque timiditatem risui et contemptui Atheniensium voluisse exponere, tamen magis crediderim eum imitatum esse Aeschylum, cui id consilium in Hectoris lustris fuisse videtur. De eo Athenaeus I. p. 21. E. *Ἀριστοφάνης γοῦν, παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς ἡ περὶ τῶν τραγικῶν ἀπόκειται πίστις, ποιεῖ αὐτὸν Αἰσχύλον λέγοντα·*

τοῖσι χοροῖς αὐτὸς τὰ σχήματ' ἐποίουν·

καὶ πάλιν·

τοὺς Φρύγας οἶδα θεωρῶν
ὅτε τῷ Πριάμῳ συλλυσόμενοι τὸν παῖδ' ἦλθον τεθνεῶτα,
πολλὰ τοιαυτὶ καὶ τοιαυτὶ καὶ δεῦρο σχηματίσαντας.

Qua arte Phrygis pavorem expresserit Euripides nos quidem ex verbis tantum et numeris possumus colligere, penitus autem percipiebant, qui et gestus hominis videbant et audiebant modos musicos. Quae si reputassent illi, qui hanc scenam ut iusto longiorem molestaque lo-

quacitate oneratam vituperarunt, aliter, opinor, statuissent, vidissentque id ipsum, quod reprehendunt, in virtutibus istius sermonis numerandum esse, necessariamque fuisse istam prolixitatem ad exprimendam ignavi hominis formidinem. Numeris quidem quum omnino animi perturbationem, tum varios dissimillimosque affectus, quibus homo iste, dum quae acta sunt refert, in diversa trahitur, admirabili cura significatos videmus. Nam primo neque antistrophicum est carmen illud, neque non antistrophicum. Antistrophicum enim si esset, eam haberet aequabilitatem, quae plane a pavidi hominis trepidatione abhorreret: si autem totum non antistrophicum esset, motibus animi quidem conveniret, sed non exprimeret tantam perturbationem, quantam cernimus tum in iteratione eorumdem numerorum, tum magis etiam in coeptis quidem, sed rursum interpellatis iterationibus. Praeterea quae vel antistrophica vel similia antistrophicis sunt, non sunt ex eodem genere metri, sed ex diversis atque inter se dissimilibus deprompta, creticis, anapaesticis, dochmiacis: ubi autem tranquillior procedit narratio, servant quidem numeri proprium in tali caussa trochaicum atque iambicum genus, sed illud quadam peregrinitatis specie per inusitatas formas singularemque catalexin finitum, bis etiam horroris et stuporis significandi caussa trochaeo semanto interpellatum. Quod si quis reputaverit, hominem barbarum, eumque Phrygem, nec Phrygem tantum, sed etiam eunuchum esse, qui ista agit et recitat, facile sentiet, non magis quidquam indignum tragoedia in ista persona esse, quam in excubitore aut nutrice, quas Aeschylus inferioris conditionis personas in Agamemnone et Choephoris introduxit. Eoque rettulerim, quod argumenti scriptor de Oreste dicit: *τὸ δρᾶμα τῶν ἐπὶ σκηνῆς εὐδοκιμούντων*. Illud vero,

quod Orestes timiditati istius servi insultat eumque ludificat, iam veteres interpretes nec tragoediam decere viderunt, et quum a dignitate Orestis, tum ab animo hominis de sua sororisque vita metuentis alienum esse. In Oreste igitur migravit Euripides legem tragoediae, fecitque quod plebi fortasse, non eruditioribus spectatorum placeret.

De moribus personarum non recte mihi videtur iudicasse scriptor argumenti, quum illis quae attuli verbis haec adiecit: *χείριστον δὲ τοῖς ἤθεσι· πλὴν γὰρ Πυλάδου πάντες φαῦλοι ἦσαν.* Nam Pylades quidem quamquam se et fidum amicum praebet, nec valde vituperandus est quod v. 1090. dicit:

ἐπεὶ δὲ κατθανούμεθ', ἐς κοινοὺς λόγους
ἔλθωμεν, ὡς ἂν Μενέλεως ξυνδυστυχῇ·

tamen, quum Helenam interfici suadet, nihil nisi inanem vindictam usurpat, quod est hominis animum suum potius explere cupientis, quam invenire scientis salutare consilium. Ita ille non meliorem se esse prodit quovis vel ignavissimo homine. Ac videtur id ipse sentire. Ideo honestiorem caussam praetexit, quum a v. 1123. pro universa Graecia eam vindictam sumendam docet. In Orestis moribus non video quid vituperandum sit praeter id, de quo dictum est, quod Phrygem ludos facit. Neque in Electra est quod quis iure reprehendat, quae non modo summam in fratre curando diligentiam sollicitumque amorem ostendat, sed etiam, ubi neque Orestes nec Pylades quid agendum sit reperire possunt, utile iis consilium suggerat. Non est tamen tanta in isto consilio prudentia, ut felix praedicandus fuerit Pylades tam sapientis feminae coniugio, infelix autem habendus, si ea carendum sit: immo habet ista praedicatio aliquid stultitiae. Menelaum vero recte fecit Euripides non

solum quod Lacedaemonius est, sed etiam propter fabulae rationem ambiguum, dolosum, uxorium, et, ubi in summum discrimen adductus est, impotentem animi. Helenam non possumus malam vocare: in qua nihil aliud quam mulierem prae formae cura cetera negligentem parvique pendentem invenimus; Hermionam vero, ingenui animi puellam, benevolam Oresti atque Electrae, etiam laudare aequum est. Reliquus est Tyndarus, iracundus senex, sed iustus, et nec filiae parcens nec Menelaum probans, Oresti autem merito ut matris interfectori infestus, ut hic quoque laudandus potius quam vituperandus videatur. Chorus denique, ut par est, faventem se praebet Oresti et Electrae, neque in hac fabula, sicut in aliis, multa ab re aliena canit, sed tamen, quae consuetudo est Euripidis, aliquando languide interloquitur, ut v. 529. 592. 1145. In diverbiis autem sicubi qui loquuntur inutilia quaerunt ut v. 390. seqq. hoc quoque de more suo fecit Euripides.

Acta est tragoedia Orestes teste scholiasta ad v. 361. Olymp. XCII. 4. archonte Diocle. Qui egerunt histriones, inter eos qua ratione partes distributae fuerint, non est mihi eadem cum C. Fr. Hermanno sententia in eo libro, quem de personarum inter histriones distributione conscripsit, in quo ille p. 21. Hermionam, Phrygem, Apollinem ab uno histrione actos censuit, p. 28 autem et 54. seq. primas partes Oresti et nuntio, secundas Electrae, tertias Menelao tribuit, ab tertio histrione etiam Helenam, Pyladem, Hermionam, Phrygem, Apollinem actos ratus. Menelaum tamen et Electram uni eidemque histrioni tribui posse, Tyndaro et Apolline ad τριταγωνιστὴν reiectis, statuit. Ego quidem veri simillimum esse puto ut primario actori datae sint partes difficillimae et quae maxima arte opus haberent; deinde

ut eadem persona per totam fabulam, nisi gravissima aliqua caussa impediente, ab uno acta fuerit histrione. Atqui in Oreste sine dubio difficillimae sunt Phrygis partes: has ergo primarius actor habuisse censendus erit. De ceteris personis apertum est quae simul in scena conspiciuntur, a diversis histrionibus esse actas. Enumerabo scenas appositis nominibus personarum, quae ubi tacentes adsunt, cancellis includam. 1. Electra, (Orestes.) 2. Electra, Helena, (Orestes.) 3. Electra, chorus, Orestes. 4. Menelaus, Orestes. 5. Menelaus, Orestes, Tyndarus. 6. Menelaus, Orestes. 7. Orestes, Pylades. 8. Electra, nuntius. 9. Electra, Orestes, Pylades. 10. Electra, chorus, Helena intus, Hermiona, Orestes. 11. Orestes, Phryx, chorus. 12. Phryx, Orestes. 13. Menelaus, Orestes, (Pylades.) 14. Menelaus, Orestes, Apollo. In decima scena quod fores aperiens Orestes dicit: *σιγᾶν χρεών· ἡμῖν γὰρ ἥκεις, οὐχὶ σοὶ σωτηρία,* potuit Electrae tribui, quae C. Lachmanni sententia est in libro quem de mensura tragoediarum scripsit p. 53. Apparet ex his Electram in scena esse cum Oreste, cum Helena, cum Pylade, cum nuntio, cum Hermiona; tres simul in scena conspici Electram, Orestem, Helenam; item Menelaum, Orestem, Tyndarum; Electram, Orestem, Pyladem; Menelaum, Orestem, Apollinem. Ex quibus efficitur, si et Phrygem primarius actor egit, et quam quis actor personam agere coepit servata ab eo est per totam fabulam, primarii actoris fuisse Electram, Tyndarum, Phrygem, Apollinem; secundarii Orestem et nuntium; tertii Helenam, Menelaum, Pyladem, Hermionam. Nam ille locus, in quo quarta conspici persona videtur, in extrema scena v. 1636. non actorem, sed simulacrum aliquod Helenae in aethere ostendebat. Id fortasse *παραχορήγημα* dicant

Lachmannus et Hermannus, falsa opinione ex corruptis Pollucis verbis concepta, quae emendavi in Opusc. vol. VII. p. 346. Quae in decima scena intus clamantis Helenae vox auditur, eam secundus actor edere videtur. Pyladae personam autem, qui in tertia decima scena Oresti adstans conspiciebatur, a primo actore susceptam esse credibile est: ita ut bis quidem eadem persona a diversis histrionibus repraesentata fuerit, sed aut intus clamans, aut muta adstans.

De ratione, qua in edenda hac tragoedia usus sum, quum eadem mihi dicenda essent, quae in praefatione Phoenissarum dixi, nolui illa repetere. Hoc unum addendum duxi, Victorianae scripturae me non fecisse mentionem, ubi ea cum Ven. 2. consentit, quod ille codex is est, quo usus est Victorius. Itaque ubi Victorium commemoravi, vel Matthiae putandus est aliquid aliud quam quod in Ven. 2. esset a Victorio excerptum invenisse, vel ego adnotatum habebam. In versibus numerandis peccatum est eo, quod qui tres versus sunt inter v. 965. et 970. pro quattuor versibus numerati sunt: quod moneo ne quis deesse unum in textu versum putet.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΟΡΕΣΤΗΣ.



ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ὀρέστης τὸν φόνον τοῦ πατρὸς μεταπορευόμενος ἀνεῖλεν Αἴγισθον καὶ Κλυταιμνήστραν· μητροκτονῆσαι δὲ τολμήσας, παραχρῆμα τὴν δίκην ἔδωκεν, ἐμμανὴς γενόμενος. Τυνδάρεω δὲ τοῦ πατρὸς τῆς ἀνῃρημένης κατηγορήσαντος κατ' αὐτοῦ, ἔμελλον Ἀργεῖοι κοινὴν ψῆφον ἐκφέρεσθαι περὶ τοῦ τί δεῖ παθεῖν τὸν ἀσεβήσαντα· κατὰ τύχην δὲ Μενέλαος ἐκ τῆς πλάνης ὑποστρέψας, νυκτὸς μὲν Ἑλένην εἰςαπέστειλε, μεθ' ἡμέραν δὲ αὐτὸς ἦλθε. καὶ παρακαλούμενος ὑπ' Ὀρέστου βοηθῆσαι αὐτῷ, ἀντιλέγοντα Τυνδάρεων μᾶλλον ηὐλαβήθη· λεχθέντων δὲ λόγων ἐν τοῖς ὄχλοις, ἐπηνέχθη τὸ πλῆθος ἀποκτείνειν Ὀρέστην. * συνὼν δὲ τούτοις ὁ Πυλάδης ὁ φίλος αὐτοῦ, συνεβούλευσε πρῶτον Μενελάου τιμωρίαν λαβεῖν, Ἑλένην ἀποκτείναντας. αὐτοὶ μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις ἐλθόντες διεψεύσθησαν τῆς ἐλπίδος, θεῶν τὴν Ἑλένην ἁρπασάντων· Ἠλέκτρα δὲ Ἑρμιόνην ἐπιφανεῖσαν ἔδωκεν εἰς χεῖρας αὐτοῖς· οἱ δὲ ταύτην φονεύειν ἔμελλον· ἐπιφανεὶς δὲ Μενέλαος, καὶ βλέπων ἑαυτὸν ἅμα γυναικὸς καὶ τέκνου στερούμενον ὑπ' αὐτῶν, ἐπεβάλετο τὰ βασίλεια πορθεῖν· οἱ δὲ φθάσαντες ὑφάψειν ἠπείλησαν. ἐπιφανεὶς δὲ Ἀπόλλων Ἑλένην μὲν ἔφησεν εἰς θεοὺς διακομίζειν, Ὀρέστῃ δὲ Ἑρμιόνην ἐπέταξε λαβεῖν, Πυλά-

δη δὲ Ἠλέκτραν συνοικίσαι, καθαρθέντι δὲ τοῦ φόνου Ἄργους ἄρχειν.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Ἄργει· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν Ἀργείων, ἡλικιωτίδων Ἠλέκτρας, αἳ καὶ παραγίνονται ὑπὲρ τῆς τοῦ Ὀρέστου πυνθανόμεναι συμφορᾶς. προλογίζει δὲ Ἠλέκτρα. τὸ δὲ δρᾶμα κωμικωτέραν ἔχει τὴν καταστροφήν. ἡ δὲ διασκευὴ τοῦ δράματός ἐστι τοιαύτη. πρὸς τὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος βασίλεια ὑπόκειται Ὀρέστης κάμνων καὶ κείμενος ὑπὸ μανίας ἐπὶ κλινιδίου, ᾧ προςκαθέζεται πρὸς τοῖς ποσὶν Ἠλέκτρα. διαπορεῖται δὲ τί δήποτε οὐ πρὸς τῇ κεφαλῇ καθέζεται· οὕτω δὲ μᾶλλον ἐδόκει τὸν ἀδελφὸν τημελεῖν, πλησιαίτερον προςκαθεζομένη. ἔοικεν οὖν διὰ τὸν χορὸν ὁ ποιητὴς διασκευάσαι· διηγέρθη γὰρ ἂν ὁ Ὀρέστης, ἄρτι καὶ μόγις καταδραθείς, πλησιαίτερον αὐτῷ τῶν κατὰ τὸν χορὸν γυναικῶν παρισταμένων. ἔστι δὲ ὑπονοῆσαι τοῦτο ἐξ ὧν φησὶν Ἠλέκτρα τῷ χορῷ, σίγα, σίγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης· πιθανὸν οὖν ταύτην εἶναι τὴν πρόφασιν τῆς τοιαύτης διαθέσεως. τὸ δρᾶμα τῶν ἐπὶ σκηνῆς εὐδοκιμούντων· χείριστον δὲ τοῖς ἤθεσι. πλὴν γὰρ Πυλάδου πάντες φαῦλοι ἦσαν.

Α Λ Λ Ω Σ.

Ὅτε κατὰ τῶν Τρώων ἡ Ἑλλὰς ὥρμησεν, Ἀγαμέμνων στρατηγὸς ᾑρέθη παντὸς τοῦ στόλου, ἅτε τῶν ἄλλων προέχειν δοκῶν ἀρχῆς τε μεγέθει καὶ πλήθει νεῶν· ἑκατὸν γὰρ ναῦς εἰς τὴν τοῦ στόλου συντέλειαν εἰςέφερε. καὶ ὃς μέλλων ἀνάγεσθαι καταλείπει τῶν οἴκοι πραγμάτων αὐτοῦ ἐπιμελητὴν καὶ προστάτην Αἴγισθον. ἐπεὶ δὲ πολὺς ἠνύετο χρόνος καὶ Ἀγαμέμνων οὐκέτ' ἐπανῄει, οἷα δὴ πολλὰ γίνεται,

συνῆλθεν ἀθέσμως Αἴγισθος Κλυταιμνήστρᾳ τῇ τοῦ Ἀγαμέμνονος γυναικί. μαθόντες δὲ Κλυταιμνήστρα καὶ Αἴγισθος τήν τε Τροίαν ἁλοῦσαν καὶ Ἀγαμέμνονα μετὰ τῶν ἄλλων οἴκαδε πλέοντα, βουλεύονται τοῦτον τῆς οἰκίας ἐπειλημμένον ἀποκτενεῖν, ἵνα μὴ τούτῳ γνωσθέντος τοῦ σφῶν πονηρεύματος αὐτοὶ παραδοθεῖεν θανάτῳ· ὃ δὴ καὶ ἤνυσαν. καὶ ἐπανελθόντα τὸν Ἀγαμέμνονα ἀποκτείνουσι· χιτῶνα γὰρ μὴ διεξόδους κεφαλῆς καὶ χειρῶν ἔχοντα μετὰ τὸ λουτρὸν ἐνδιδύσκουσι καὶ ἐν τῷ πελέκει τοῦτον φονεύουσι. μεταξὺ γοῦν τοῦ Ἀγαμεμνονείου φόνου Ἠλέκτρα τὸν ἀδελφὸν Ὀρέστην, ἵνα μὴ καὶ οὗτος ἀναιρεθείη, κλέψασα καί τινι δοῦσα παιδαγωγῷ εἰς Φωκίδα παρὰ Στρόφιον πέμπει, φίλον καὶ συγγενῆ τοῦ πατρὸς αὐτῆς τυγχάνοντα. Ὀρέστης δὲ εἰς ἄνδρας ἥκων, παραλαβὼν Πυλάδην τὸν παῖδα Στροφίου, ἐφ' ᾧ μετ' αὐτοῦ Αἴγισθον καὶ Κλυταιμνήστραν τιμωρήσαιτο, καταλαμβάνει λάθρᾳ τὸ Ἄργος. καὶ χρησμὸν παρὰ τοῦ Πυθίου δεξάμενος τοῦτο ποιεῖν, πρῶτον μὲν ἔρχεται πρὸς τὸν τοῦ πατρὸς τάφον καὶ θύει, εἶτά τι μηχανᾶται τοιόνδε· τὸν γὰρ παιδαγωγόν, ᾧ παρὰ τῆς Ἠλέκτρας πάλαι πιστευθεὶς ἧκεν, ὡς ἔφημεν, εἰς τὴν Φωκίδα, τοῦτον προπέμπει εἰς Αἴγισθον καὶ Κλυταιμνήστραν λέγοντα ὡς Ὀρέστης ἐν Πυθικοῖς ἄθλοις ἀνῃρέθη καὶ νῦν ἄνδρες τὰ τούτου ὀστᾶ ἐν κιβωτίῳ κομίζουσιν, ἵνα πατρῴων γοῦν τάφων τύχῃ. ὑπαχθέντες δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀπάτῃ Κλυταιμνήστρα καὶ Αἴγισθος, ἵνα μὴ μακρολογῶ, ἀναιροῦνται ὑπὸ Ὀρέστου καὶ Πυλάδου, πρώτη μὲν Κλυταιμνήστρα, ὕστερος δὲ Αἴγισθος. μητροκτονήσας τοίνυν Ὀρέστης Ἐρινύσι παραχρῆμα τὴν δίκην ἔδωκε μανείς. Μενέλαος δὲ ἐκ Τροίας ἐλθών, ὕστερος γὰρ Ἀγαμέμνονος ἐπανῆκε, καὶ τῷ Ναυπλίῳ λιμένι προσσχών,

νυκτὸς μὲν Ἑλένην εἰςπέμπει πρὸς Μυκήνας, μεθ' ἡμέραν δὲ αὐτὸς εἰςήει, καὶ τὸν Ὀρέστην μεμηνότα εὑρών, παρακαλεῖται μὲν ὑπὸ Ὀρέστου καὶ Ἠλέκτρας σῶσαι αὐτούς. ὁ γὰρ τῆς Κλυταιμνήστρας πατὴρ Τυνδάρεως πάντας Ἀργείους κατ' αὐτῶν ἐκίνησεν, ἵνα τούτους ὡς μητροκτόνους ἀνέλοιεν. ὡς δὲ τὸν Τυνδάρεων ἀντιλέγοντα εὗρε, καὶ ἅμα καὶ αὐτὸς ὑπολογιζόμενος ὡς εἰ Ὀρέστης ἀναιρεθείη, βασιλεὺς αὐτὸς ἔσται τοῦ Ἄργους, οὐκ ἤθελεν Ὀρέστῃ τε καὶ τῇ ἀδελφῇ συμμαχεῖν, ἀλλὰ τὸ τῶν Ἀργείων πλῆθος ἔλεγεν εὐλαβεῖσθαι. πρῶτον μὲν οὖν Ὀρέστης καὶ Τυνδάρεως διελέχθησαν πρὸς ἀλλήλους, ὃ μὲν ὡς οὐ δικαίως ἀνείλετο Κλυταιμνήστραν δεικνύς, Ὀρέστης δὲ ὡς καὶ μάλα δικαίως, εἰ καὶ μυριάκις αὐτὴν ἔδει τεθνάναι. ἔπειτα ἐκκλησίας ἐν ἀκροπόλει Μυκηνῶν γενομένης καὶ συνιόντων τῶν προὐχόντων ἐν Ἄργει, Ὀρέστης ὑπὸ Πυλάδου φοράδην ἐκεῖσε κομίζεται. λόγων δὲ πολλῶν γινομένων, καὶ τῶν μὲν βοηθούντων Ὀρέστῃ, τῶν δὲ ἐναντιουμένων, τέλος ἐνίκησαν οἱ κακοί. καὶ κατακρίνεται Ὀρέστης αὐτός τε καὶ ἡ ἀδελφὴ λίθοις βληθέντες ἀποθανεῖν. Ὀρέστης δὲ ἐπηγγείλατο πρὸς τὸ πλῆθος αὐτοχειρίᾳ ἑαυτὸν καὶ τὴν ἀδελφὴν ἀποσφάξαι. καὶ ὁ φίλος Πυλάδης καὶ παρὰ τὴν συμφορὰν φίλος ἔμεινε καὶ κοινωνεῖν αὐτῷ τῆς τελευτῆς ἠξίωσε προθυμότατα. ἐπεὶ δὲ σφίσι τοῦτο παθεῖν προὔκειτο, συμβουλεύει Πυλάδης, Μενέλεω πρῶτον τιμωρίαν λαβεῖν, λέγων ὡς οὐ δεῖ τοῦτον τρυφᾶν ἡμῶν ἀπιόντων. ὅθεν εἰςελθόντες εἴσω τῶν βασιλείων Ἑλένης δῆθεν δεησόμενοι, ἵνα μὴ περιίδῃ σφᾶς ὀλλυμένους, ἀλλὰ χεῖρα ὀρέξῃ καὶ Μενέλεων καὶ ἄκοντα πρὸς σωτηρίαν κινήσῃ, ἐπεὶ ταύτην φονεύειν ἔμελλον, ταύτης μὲν ἥμαρτον, ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἁρπασθείσης κελεύσει Διός, Ἑρμιόνην δὲ συλλαμβάνουσιν

ἐκ τοῦ τῆς Κλυταιμνήστρας τάφου ἐπανήκουσαν· πρώην γὰρ αὐτὴν Ἑλένη πεπόμφει, τῇ ἀδελφῇ θύσουσαν. λαβόντες δὲ Ἑρμιόνην καὶ ἔνδοθεν τὰς τῶν βασιλείων ἀσφαλίσαντες πύλας, ἀνῆλθον ἐν μετεώρῳ τῶν βασιλείων ἔχοντές τε τὴν Ἑρμιόνην καὶ ξίφος πρὸς τῇ δέρῃ αὐτῆς, καὶ μέλλοντες μετὰ τὴν ταύτης διαχείρισιν, ἂν μὴ σφᾶς Μενέλεως σώσῃ, καὶ τοὺς δόμους ὑφάψειν πυρί. Μενέλεως μὲν ὑπὸ τούτων Ἑλένην τεθνάναι μαθών, ἵνα κἂν σώσῃ τὴν παῖδα ἐλθών, ἤρξατο πορθεῖν τὰ βασίλεια, ἐπιφανεὶς δὲ Ἀπόλλων, διήλλαξε τούτους, Ἑλένην μὲν εἰς οὐρανοὺς φήσας διακομίσαι, Μενέλεων δὲ ἑτέραν λαβεῖν κελεύσας γυναῖκα, Ὀρέστῃ δὲ Ἑρμιόνην συνάψαι μετὰ τὴν τοῦ φόνου κάθαρσιν· ἧς Ἀθήνησιν ἔτυχε, μετὰ Ἐρινύων εἰς Ἄρειον πάγον κριθείς, ὅτε καὶ καταδικασθῆναι μέλλοντα ὑπὸ πάντων θεῶν Ἀθηνᾶ ψῆφον βαλοῦσα νικῆσαι τοῦτον ἐποίησε. καὶ οὕτως Ὀρέστης ὕστερον Ἑρμιόνην γυναῖκα λαμβάνει κατὰ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος θέσπισμα, καὶ Ἄργους κρατεῖ, Πυλάδῃ δὲ Ἠλέκτραν δίδωσι, τὴν καὶ πρότερον ὑπ' αὐτοῦ κατεγγυηθεῖσαν τούτῳ. ἰστέον δὲ ὅτι πᾶσα τραγῳδία σύμφωνον ἔχει καὶ τὸ τέλος· ἐκ λύπης γὰρ ἄρχεται καὶ εἰς λύπην τελευτᾷ· τὸ παρὸν δὲ δρᾶμά ἐστιν ἐκ τραγικοῦ κωμικόν· λήγει γὰρ εἰς τὰς παρ' Ἀπόλλωνος διαλλαγὰς ἐκ συμφορῶν εἰς εὐθυμίαν κατηντηκός· ἡ δὲ κωμῳδία γέλωσι καὶ εὐφροσύναις ἐνύφανται.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.
ΕΛΕΝΗ.
ΕΡΜΙΟΝΗ.
ΧΟΡΟΣ.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
ΜΕΝΕΛΑΟΣ.
ΤΥΝΔΑΡΕΩΣ.
ΠΥΛΑΔΗΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΦΡΥΞ.
ΑΠΟΛΛΩΝ.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος,
οὐδὲ πάθος, οὐδὲ συμφορὰ θεήλατος,
ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.
ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας,

---

1. Cicero Q. Tusc. IV. 29. haec non optime vertit:
neque tam terribilis ulla fando oratio est,
nec fors, neque ira caelitum invectum malum,
quod non natura humana patiendo efferat.
Nam ἔπος *rem* dicere debebat: πάθος autem, quod scholiastae fere ad morbos et vulnera referunt, quum Euripides quodvis non ab deo immissum malum intelligi voluerit, etsi proprie non potuit fors dici, tamen rectius hoc nomine significatur, quam eo quod Schaeferus cum aliis praeferendum censebat, *sors.* Ceterum male scholiastes ὧδ' εἰπεῖν ἔπος quasi ὡς εἰπεῖν ἔπος interpretatur, quod nec fieri potest, et, si legeretur ὡς, debiliorem praeberet sententiam.

2. Ald. et plerique codd. ξυμφορά. Par. A. Flor. 10. Guelf. συμφορά.

3. R. Ven. a. et Lucianus Ocypod. T. III. p. 673. ἀνθρώπων. Aptius videtur, quod definitius est, ἀνθρώπου, scriptura Aldinae et plerorumque codd. ac Stobaei XCVIII. 42.

4. Flor. 34. Taur. οὐκ pro κοὐκ. Non debebat Matthiae τύχας de poena Tantali dictas putare, quod vocabulum quum propter locum quo positum est, tum quod poenae nondum est mentio facta, ad μακάριος referri patet. Misero felicitatis qua gavisus erat commemoratio exprobratio est praesentis miseriae, praesertim si sua in eam culpa incidit.

Διὸς πεφυκώς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος,
κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον
ἀέρι ποτᾶται, καὶ τίνει ταύτην δίκην,
ὡς μὲν λέγουσιν, ὅτι θεοῖς ἄνθρωπος ὢν
κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον,
ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον.
οὗτος φυτεύει Πέλοπα, τοῦ δ' Ἀτρεὺς ἔφυ,
ᾧ στέμματα ξήνασ' ὅτ' ἐπέκλωσεν θεὰ
ἔριν, Θυέστη πόλεμον ὄντι συγγόνῳ
θέσθαι· τί τἄῤῥητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ;
ἔδαισε δ' οὖν νιν τέκν' ἀποκτείνας Ἀτρεύς·
Ἀτρέως δέ, τὰς γὰρ ἐν μέσῳ σιγῶ τύχας,
ὁ κλεινός, εἰ δὴ κλεινός, Ἀγαμέμνων ἔφυ
Μενέλεώς τε Κρήσσης μητρὸς Ἀερόπης ἄπο.
γαμεῖ δ' ὃ μὲν δὴ τὴν θεοῖς στυγουμένην

---

5. Nicolaus comicus apud Stobaeum XIV. 7.
Διὸς πεφυκὼς ὡς λέγουσι Τάνταλος
ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν,
ex hoc et v. 10.

9. 10. Hi versus inverso ordine scripti sunt in Aug. d. et Havn. Scholiastae vulgatum ordinem habuerunt, quo facilior est et concionior oratio.

12. Libri: *ᾧ στέμματα ξήνασ' ἐπέκλωσεν θεὰ ἔριν.* In quibus quum productio augmenti ante mutam cum liquida offensui sit, etsi ad eam productionem defendendam usus hoc versu est Porsonus ad v. 64. accedit aliud vitiatae scripturae indicium eo, quod, si ista se recte haberent, addita particula Euripides *τί δὲ τἄῤῥητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ* scripsisset. Ad haec qui attenderit, consideraveritque quod sequitur *ἔδαισε δ' οὖν νιν τέκν' ἀποκτείνας Ἀτρεύς*, vix dubitare poterit, quin interrupta per aposiopesin oratio pro apodosi quae sequi debebat adnexam habeat rem paucis comprehensam in verbis illis *ἔδαισε δ' οὖν νιν.* Nimirum exciderant per similitudinem proximarum litterae duae *ὅτ'*: *ᾧ στέμματα ξήνασ' ὅτ' ἐπέκλωσεν θεὰ ἔριν — τί τἄῤῥητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ; ἔδαισε δ' οὖν νιν τέκν' ἀποκτείνας Ἀτρεύς.* Ceterum scholiastes adnotavit scribi etiam *Ἔρις.*

19. Vulgo: *γαμεῖ δ' ὁ μὲν δὴ τὴν θεοῖς στυγουμένην Μενέλεως Ἑλένην.* Omittit *δὴ* particulam non necessariam codex Havniensis, ut dubitari possit an scriptum fuerit: *γαμεῖ δ' ὃ μὲν θεοῖσι τὴν στυγουμένην.*

Μενέλαος Ἑλένην, ὃ δὲ Κλυταιμνήστρας λέχος
ἐπίσημον εἰς Ἕλληνας Ἀγαμέμνων ἄναξ·
ᾧ παρθένοι μὲν τρεῖς ἔφυμεν ἐκ μιᾶς,
Χρυσόθεμις Ἰφιγένειά τ᾽ Ἠλέκτρα τ᾽ ἐγώ,
ἄρσην τ᾽ Ὀρέστης, μητρὸς ἀνοσιωτάτης,
ἣ πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ᾽ ὑφάσματι
ἔκτεινεν· ὧν δ᾽ ἕκατι, παρθένῳ λέγειν
οὐ καλόν· ἐῶ τοῦτ᾽ ἀσαφὲς ἐν κοινῷ σκοπεῖν.
Φοίβου δ᾽ ἀδικίαν μὲν τί δεῖ κατηγορεῖν;
πείθει δ᾽ Ὀρέστην μητέρ᾽, ἥ σφ᾽ ἐγείνατο,
κτεῖναι, πρὸς οὐχ ἅπαντας εὔκλειαν φέρον.
ὅμως δ᾽ ἀπέκτειν᾽, οὐκ ἀπειθήσας θεῷ·
κἀγὼ μετέσχον, οἷα δὴ γυνή, φόνου,

---

20. Ald. et plerique codd. *Μενέλεως Ἑλένην.* Mosc. a. R. et Parisinorum unus *Μενέλαος.* Eadem nomina coniuncta v. 1189. Dubitari potest an scripserit Euripides *Ἑλένην Μενέλεως.*

24. Libri: *ἄρσην τ᾽ Ὀρέστης,* neque opus erat, ut Elmsleius in censura editi a me Herc. fur. ad v. 13. *ἄρσην δ᾽ Ὀρέστης* scribi iuberet.

26. Ald. et Alexander rhetor pag. 579. ed. Ald. sive T. VIII. p. 450. Walzii, *παρθένον.* Multi codd. *παρθένῳ,* quod Brunckius aliique receperunt. Nescio utrum vituperandus sit Euripides, quod, ut solet, virginem importune verecundam fecerit, an laudandus, quod mores virginalem pudorem ostentantium *παρθένων μακρὸν δὴ μῆκος χρόνου* recte expresserit.

28. Libri: *Φοίβου δ᾽ ἀδικίαν μὲν τί· δεῖ κατηγορεῖν,* nisi quod Flor. 33. *τ᾽* pro *δ᾽* habet, Flor. 17. autem *μὲν* omittit. Ante Olymp. LXXXIX. scripsisset Euripides:

Φοίβου μὲν ἀδικίαν τί δεῖ κατηγορεῖν,

vitato ictu in secunda syllaba vocabuli quartum paeonem efficientis.

30. Ald. *φέρων,* quod emendatum est ex codd. quibus accedit ex correctione Ven. a. De locutione *φέρειν εὔκλειαν πρὸς ἅπαντας* dubitans Matthiae scriptum suspicabatur *πρὸς οὐχ ἅπαντος.* Id ego quidem credo *πρὸς οὐχὶ παντὸς* dici debuisse. Nam *πρὸς οὐχ ἅπαντος* est *non ab uno homine toto. Πρὸς ἅπαντας εὐκλεὲς* dicitur quod relatum ad cunctos laudabile est.

31. Falsam opinionem eius, qui in censuris Britannorum trimestribus fasc. XVIII. p. 363. *ἀπιστήσας* scribendum censebat, satis refutavit Matthiae versu Agamemnonis 1058. *πείθοι᾽ ἂν εἰ πείθοι᾽· ἀπειθοίης δ᾽ ἴσως.*

Πυλάδης θ', ὃς ἡμῖν συγκατείργασται τάδε.
ἐντεῦθεν ἀγρίᾳ συντακεὶς νόσῳ δέμας
τλήμων Ὀρέστης ὅδε πεσὼν ἐν δεμνίοις
κεῖται, τὸ μητρὸς δ' αἷμά νιν τροχηλατεῖ
μανίαισιν· ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεὰς
Εὐμενίδας, αἳ τόνδ' ἐξαμιλλῶνται φόβῳ.
ἕκτον δὲ δὴ τόδ' ἦμαρ ἐξ ὅτου σφαγαῖς
θανοῦσα μήτηρ πυρὶ καθήγνισται δέμας,
ὧν οὔτε σῖτα διὰ δέρης ἐδέξατο,
οὐ λούτρ' ἔδωκε χρωτί· χλανιδίων δ' ἔσω
κρυφθείς, ὅταν μὲν σῶμα κουφισθῇ νόσου,
ἔμφρων δακρύει, ποτὲ δὲ δεμνίων ἄπο
πηδᾷ δρομαῖος, πῶλος ὣς ἀπὸ ζυγοῦ.

---

34. Plerique libri: *ἐντεῦθεν ἀγρίᾳ συντακεὶς νόσῳ νοσεῖ τλήμων Ὀρέστης· ὁ δὲ πεσὼν ἐν δεμνίοις κεῖται.* Flor. 10. *νοσεῖ νόσῳ.* Aliquot codd. *οὐδὲ πεσών.* In paucis supra scriptum ὃς. Patet vero vitiosam esse vulgatam scripturam. Nam et quae coniunctissima sunt, aegrotare et in lecto iacere, distinguuntur, et quod dici debebat, hic in conspectu iacere Orestem, omissum est. Hoc posterius perspiciens Reiskius scribendum putabat: *τλήμων Ὀρέστης ὅδε· πεσὼν δ' ἐν δεμνίοις κεῖται.* Senserunt vitium etiam veteres interpretes, quorum alii *ὁ δὲ* pro *ὃς δή* dictum putarunt, alii explicandi caussa ὃς adscripserunt, alii *οὗ*: nam *οὐδὲ* quorumdam codicum nihil aliud est quam *οὗ* in textum illatum non deleto *δέ.* Pessime Brunckius vulgatam defendit hoc dici ratus: *cadens in lecto iacere solet: sed maternus sanguis mox illum exagitat.* Probavit tamen Matthiae. Neque vero *νοσεῖ ὅδε πεσὼν ἐν δεμνίοις κεῖται* defendi potest exemplis, qualia sunt Aristophanis in Nub. 1135. *πᾶς γάρ τις ὄμνυσ' οἷς ὀφείλων τυγχάνω, θείς μοι πρυτανεῖ' ἀπολεῖν μέ φησι κἀξολεῖν,* aut Euripidis in Heracl. 488. *χρησμῶν γὰρ ᾠδούς φησι σημαίνειν ὅδε οὐ ταῦρον οὐδὲ μόσχον, ἀλλὰ παρθένον σφάξαι κελεύειν,* ubi non magis utilia attulit Pflugkius. Nam illa etiam si quis non de vitio suspecta habeat, tamen, si mentis iudicium adhibuerit, nullo modo cum Orestis loco comparari posse intelliget. Est autem veri simillimum istis in locis *ὀμνὺς* et *σημαίνων* scribendum esse. In Orestis versu accidit, quod multis in aliis locis, ut hiantem versum male integraret antiquus scriba addito *νοσεῖ.* Nam aberrans prior aliquis oculis ad sequentem versum, similitudine vocum deceptus, scripserat *νόσῳ δεμνίοις,* quum scribere deberet *ἐντεῦθεν ἀγρίᾳ συντακεὶς νόσῳ δέμας.*

ἔδοξε δ' Ἄργει τῷδε μήθ' ἡμᾶς στέγαις,
μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προςφωνεῖν τινα
μητροκτονοῦντας· κυρία δ' ἥδ' ἡμέρα,
ἐν ᾗ διοίσει ψῆφον Ἀργείων πόλις,
εἰ χρὴ θανεῖν νὼ λευσίμῳ πετρώματι,
ἢ φάσγανον θήξαντ' ἐπ' αὐχένος βαλεῖν.
ἐλπίδα δὲ δή τιν' ἔχομεν ὥςτε μὴ θανεῖν·
ἥκει γὰρ εἰς γῆν Μενέλεως Τροίας ἄπο,
λιμένα δὲ Ναυπλίειον ἐκπληρῶν πλάτῃ
ἀκταῖσιν ὁρμεῖ, δαρὸν ἐκ Τροίας χρόνον
ἄλαισι πλαγχθείς· τὴν δὲ δὴ πολύστονον
Ἑλένην, φυλάξας νύκτα, μή τις εἰςιδὼν
μεθ' ἡμέραν στείχουσαν, ὧν ὑπ' Ἰλίῳ
παῖδες τεθνᾶσιν, ἐς πέτρων ἔλθῃ βολάς,
προὔπεμψεν εἰς δῶμ' ἡμέτερον· ἔστιν δ' ἔσω
κλαίουσ' ἀδελφὴν ξυμφοράς τε δωμάτων.
ἔχει δὲ δή τιν' ἀλγέων παραψυχήν·
ἣν γὰρ κατ' οἴκους ἔλιφ', ὅτ' ἐς Τροίαν ἔπλει,
παρθένον ἐμῇ τε μητρὶ παρέδωκεν τρέφειν
Μενέλαος ἀγαγὼν Ἑρμιόνην Σπάρτης ἄπο,
ταύτῃ γέγηθε κἀπιλήθεται κακῶν.
βλέπω δὲ πᾶσαν εἰς ὁδόν, πότ' ὄψομαι

---

47. Elmsleio ad Med. 1316. praestare videbatur *μηδὲ προςφωνεῖν τινά.*

51. Neque apte locutus est, *αὐχένα* ubi *λαιμὸν* convenientius erat dicens, nec sibi constitit, qunm v. 744. utrum vivant an moriantur indicatum iri tradat. Infra autem v. 930. ut se ipsi interimant decretum esse ait.

53. Homerus Odyss. III. 309. *ἤτοι ὃ τὸν κτείνας δαίνυ τάφον Ἀργείοισιν· αὐτῆμαρ δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος.*

54. *Ἐκπληρῶν* quo modo intelligendum sit, dictum ad Helen. 1588.

62. In Ven. b. *δὲ*, in Havn. *δὴ* omissum. Potuerat hoc dici sic: *ἔχει γε μήν τιν' ἀλγέων παραψυχήν.*

67. Libri *εἴςοδον*. Scholiastes: *εἴςοδον· διέλευσιν, δίοδον, ὁδόν.* Defendi quidem hoc potest: vide schol. Aristoph. ad Aves

Μενέλαον ἥκονθ᾽· ὡς τά γ᾽ ἄλλ᾽ ἐπ᾽ ἀσθενοῦς
ῥώμης ὀχούμεθ᾽, ἤν τι μὴ κείνου πάρα
σωθῶμεν. ἄπορον χρῆμα δυςτυχῶν δόμος.

ΕΛΕΝΗ.

Ὦ παῖ Κλυταιμνήστρας τε κἀγαμέμνονος,
παρθένε μακρὸν δὴ μῆκος, Ἠλέκτρα, χρόνου,
πῶς, ὦ τάλαινα, σύ τε κασίγνητός τε σὸς
τλήμων Ὀρέστης μητρὸς ὅδε φονεὺς ἔχει;
προςφθέγμασιν γὰρ οὐ μιαίνομαι σέθεν,
εἰς Φοῖβον ἀναφέρουσα τὴν ἁμαρτίαν.
καίτοι στένω γε τὸν Κλυταιμνήστρας μόρον,
ἐμῆς ἀδελφῆς, ἥν, ἐπεὶ πρὸς Ἴλιον
ἔπλευσ᾽ ὅπως ἔπλευσα θεομανεῖ πότμῳ,
οὐκ εἶδον, ἀπολειφθεῖσα δ᾽ αἰάζω τύχας.

---

v. 297. sed praestare tamen videtur, quod recentiores a Musgravio coniectum probarunt *εἰς ὁδόν*.

74. Libri et scholiastae hic atque ad v. 85. *τλήμων Ὀρέστης μητρὸς ὅδε φονεὺς ἔφυ*. In cod. I. ad *ὅδε* superscriptum *ὅς*, quod non ausus recipere Porsonus, si quis recipiat, facturum non solum patiente se, sed etiam approbante dicit. Matthiae unum ex scholiastis secutus ita orationem instituisse poetam putabat, ac si dicere vellet *πῶς σύ τε καὶ κασίγνητος σὸς ἔχετε;* sed quum Orestem nominasset, huic nomini etiam, sicut Electrae, probrum addere volentem, inceptae constructionis immemorem ad hoc ultimum rettulisse verbum et scripsisse *μητρὸς ὅδε φονεὺς ἔφυ*. Sensit tamen ipse hanc explicationem esse durissimam. Ac falsa est etiam eo, quod tantum abest ut Helena probrum addere aut Electrae aut Oresti voluerit, ut eam potius amborum misereat, Electrae, quod adhuc innupta sit, Orestis, quod matris caede in mala inciderit. Omnino, si *ἔφυ* scripsit Euripides, reponendum est *μητρὸς ὃς φονεὺς ἔφυ*, ad *πῶς* intellectu *ἔχετε*. Sed quum libri omnes *ὅδε* tueantur, recte scripsit scholiastes: *ἀγνοοῦντες δέ τινες τὸ ὅδε ἀντί τοῦ ὅςτις φασίν· ἔστι δὲ τὸ ὅδε διὰ μέσου δεικτικόν*. Est id tamen minus commodo loco positum, quia ad *Ὀρέστης*, non ad *μητρὸς φονεὺς* pertinet. Quod si verum est *ὅδε*, non dubitandum quin *ἔφυ* vetus error sit librarii *ἔχει* scribere debentis. Id ergo reposui.

79. Libri *ὅπως δ᾽ ἔπλευσα*, quod explicare studuit unus scholiastarum. Reiskius, quem quidam secuti sunt, *ὅπως δὴ ̓πλευσα*. Porsonus *δ᾽* delevit, quod etiam alter scholiastes non videtur habuisse.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἑλένη, τί σοι λέγοιμ' ἂν ἅ γε παροῦσ' ὁρᾷς,
ἐν συμφοραῖσι τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον;
ἐγὼ μὲν ἄϋπνος, πάρεδρος ἀθλίῳ νεκρῷ,
νεκρὸς γὰρ οὗτος οὕνεκα σμικρᾶς πνοῆς,
θάσσω· τὰ τούτου δ' οὐκ ὀνειδίζω κακά·
σὺ δ' εἶ μακαρία, μακάριός θ' ὁ σὸς πόσις
ἥκετον ἐφ' ἡμᾶς ἀθλίως πεπραγότας.

ΕΛΕΝΗ.

πόσον χρόνον δὲ δεμνίοις πέπτωχ' ὅδε;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐξ οὗπερ αἷμα γενέθλιον κατήνυσεν.

ΕΛΕΝΗ.

ὢ μέλεος, ἡ τεκοῦσά θ', ὡς διώλετο.

---

86. Ald. et plerique codd. *σὺ δ' εἶ μακαρία μακάριός θ' ὁ σὸς πόσις ἥκετον ἐφ' ἡμᾶς.* Vict. tres codd. Musgravii, ed. Brubach. *σὺ δ' ἡ μακαρία*, in qua scriptura non recte dictum videtur *μακάριός θ' ὁ σὸς πόσις*, quod dici debebat *ὅ τε μακάριος πόσις σός.* Eustathius p. 146, 12. 809, 37. 1856, 14. *ἥκεις* habet. Porsono videtur placuisse: *σὺ δ' ἡ μακαρία, μακάριός θ' ὁ σὸς πόσις ἥκεις ἐφ' ἡμᾶς.* Si *ἥκεις* ab Euripide profectum est, sic eum potius scripsisse credas: *σὺ δ' εἶ μακαρία, μακάριός θ' ὁ σὸς πόσις· ἥκεις δ' ἐφ' ἡμᾶς ἀθλίως πεπραγότας.* Ac scholiastes refert quosdam post *πόσις* distinxisse, ac deinde *κομματικῶς* adiecisse *ἥκετον ἐφ' ἡμᾶς ἀθλίως πεπραγότας*: sed recte addit: *τὸ δὲ οὐκ ἔστι τοιοῦτον, ἀλλ' εἰποῦσα ἡ Ἠλέκτρα σ ὺ δ έ, ὦ Ἑ λ έ ν η, μ α κ α ρ ί α ε ἶ, ὤφειλεν εἰπεῖν κ α ὶ ὁ σ ὸ ς π ό σ ι ς μ α κ ά ρ ι ό ς ἐ σ τ ι· νῦν δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καινοπρεπῶς ἐξήνεγκε, πρὸς μὲν τὴν Ἑλένην ὑπαρκτικῷ ῥήματι χρησαμένη ἑνικῷ τῷ εἶ, πρὸς δὲ τὸν Μενέλαον ἀντὶ τοῦ ἐ σ τ ί τὸ ἥ κ ε τ ο ν εἰποῦσα, συμπεριλαμβάνουσα ἀμφοτέρους, Ἑλένην τε καὶ Μενέλαον.* Itaque restitui *εἶ.*

88. Apud Philemonem in lexico v. *πόσον* omissum est *δέ.* Musgravius scribendum putabat *δ' ἐν δεμνίοις*, ut v. 35.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὕτως ἔχει τάδ', ὥςτ' ἀπείρηκεν κακοῖς.

ΕΛΕΝΗ.

πρὸς θεῶν, πίθοι' ἂν δῆτά μοί τι, παρθένε;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὡς ἄσχολός γε συγγόνου προςεδρίᾳ.

ΕΛΕΝΗ.

βούλει τάφον μοι πρὸς κασιγνήτης μολεῖν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

μητρὸς κελεύεις τῆς ἐμῆς; τίνος χάριν;

ΕΛΕΝΗ.

κόμης ἀπαρχὰς καὶ χοὰς φέρουσ' ἐμάς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

σοὶ δ' οὐχὶ θεμιτὸν πρὸς φίλων στείχειν τάφον;

---

91. Legebatur: *ὥςτ' ἀπείρηκ' ἐν κακοῖς.* Id scholiastae pro *ἀπείρηκα* accipiunt. In Aug. c. ante correctionem fuerat *ἀπειρήκαμεν.* Porsonus, numeris opinor offensus, quum *ὥςτ' ἀπείρηκεν* scripsit, quod Electra sua mala parvi pendat, neque ea memoret nisi quatenus ex fratris morbo oriantur, se ipse videtur refutare. Hoc potius argumento uti debebat, quod hic non de Electra, sed de Oreste sermo esset. Ac videtur *ἀπείρηκεν κακοῖς* in Ven. a. esse, ex quo nihil discrepantiae a Porsoni scriptura allatum est. Fortasse ita legit etiam scholiastes Flor. 21. qui scripsit: *οὕτως ἔχει ὁ Ὀρέστης, ὡς μηδὲν ἰσχύειν ὑπὸ τῶν κακῶν.* Quod addit Porsonus, Graecos *ἀπειρηκέναι, ἀπειπεῖν κακοῖς*, non *ἐν κακοῖς* dicere, refutatione non indiget. Rectius illud addidisset, si de se diceret Electra *ὥςτ' ἀπείρηκ' ἐν κακοῖς*, nimis importune Helenam rogare, ut inferias ad matris tumulum deferat.

93. Hoc dicit: *πιθοίμην ἂν σοι οὕτως, ὡς ἄσχολός γε οὖσα συγγόνου προςεδρίᾳ: ita tibi obtemperabo, ut quidem occupata assidendo apud fratrem*, h. e. quantum potero, quae non habeam otium.

97. Brunckius ex Par. A. *φιλων*, quod est fortasse etiam in Ven. a. Certe Ven. b. cum Ald. et ceteris libris *φίλον.*

ΕΛΕΝΗ.

δεῖξαι γὰρ Ἀργείοισι σῶμ' αἰσχύνομαι.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὀψέ γε φρονεῖς εὖ, τότε λιποῦσ' αἰσχρῶς δόμους.

ΕΛΕΝΗ.

ὀρθῶς ἔλεξας, οὐ φίλως δέ μοι λέγεις.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

αἰδὼς δὲ τίς σ' ἤδ' ἐς Μυκηναίους ἔχει;

ΕΛΕΝΗ.

δέδοικα πατέρας τῶν ὑπ' Ἰλίῳ νεκρῶν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

δεινὸν γὰρ Ἄργει γ' ἀναβοᾷ διὰ στόμα.

ΕΛΕΝΗ.

σύ νυν χάριν μοι τὸν φόβον λύσασα δός.

---

100. Porsonus sine idonea caussa *οὐ φίλως δ' ἐμοί.*

101. Edd. vett. *αἰδὼς δὲ δή τις ἐς Μυκηναίους ἔχει.* Ex multis codd. repositum *αἰδὼς δὲ δὴ τίς σ'.* Videri potest aliquid acerbitatis in isto *δὴ* esse: sed omittunt hanc particulam Guelf. et Havn. In Ven. a. b. omissum est *δέ.* Aug. c. non, ut Matthiae rettulit, sed *τίς σε Μυκηναίους.* Isto *δὴ* facile carebimus: habuit tamen scholiastes, qui scripsit: *τίς δὲ δὴ αἰδὼς ἔχει σε εἰς τοὺς Μυκηναίους; ἀντὶ τοῦ τίνα αἰδῶ ἔχεις εἰς τοὺς Μυκηναίους.* Sed aliter legisse videtur is, cuius scholion in Guelf. Flor. 59. 76. hoc est: *τουτέστι τίς ἐστιν ἡ αἰδώς, ἣν αἰδῇ τοὺς Μυκηναίους;* Hic quum veram habuisse scripturam videatur, *αἰδὼς δὲ τίς σ' ἤδ' ἐς Μυκηναίους ἔχει;* hanc restitui.

103. Libri sine interpunctione: *δεινὸν γὰρ Ἄργει τ' ἀναβοᾷ διὰ στόμα.* Canterus coniecerat *καταβοᾷ.* Porsonus, nimis secure Brunckium sequi solitus, cum illo post *γάρ* interpunxit. At nec prodit ea interpunctione illa sententia, quam Brunckius indicat: *δεινὸν γάρ ἐστιν ἐκεῖνο ὃ δέδοικας· καὶ γὰρ ἀναβοᾷ σὺ τῷ Ἄργει διὰ στόμα·* et, si prodiret, falsam ratiocinationem contineret. Recte Matthiae nihil nisi *τ'* in *γ'* mutandum esse vidit.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐκ ἂν δυναίμην μητρὸς εἰςβλέψαι τάφον.

ΕΛΕΝΗ.

αἰσχρὸν γε μέντοι προςπόλους φέρειν τάδε.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

τί δ' οὐχὶ θυγατρὸς Ἑρμιόνης πέμπεις δέμας;

ΕΛΕΝΗ.

εἰς ὄχλον ἕρπειν παρθένοισιν οὐ καλόν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

καὶ μὴν τίνοι γ' ἂν τῇ τεθνηκυίᾳ τροφάς.

ΕΛΕΝΗ.

καλῶς ἔλεξας, πείθομαί τέ σοι, κόρη.
ὦ τέκνον, ἔξελθ', Ἑρμιόνη, δόμων πάρος,

---

106. Ald. *πρόςπολον.* Codd. fere omnes *προςπόλους.*

108. Post hunc versum in Flor. 33. Aug. d. hic est insertus: *ΗΛ. κἀγὼ γυναικῶν ἄφρων οὐχὶ παρθένος.* In Flor. 17. idem versus ab alia, sed antiqua manu signo addito inseri iubetur. Ex scholiis cognoscimus quaesivisse interpretes, quo modo, si Hermionam quod virgo esset in publicum prodire nolit Helena, ab Electra id petere potuerit, quae item virgo esset. Ex quo patet lusisse aliquem grammaticum, Io. Tzetzam puto, Electramque fecisse ad poetam se convertentem his verbis: *κἀγὼ γυναικῶν, ἄφρον; οὐχὶ παρθένος;* Atque *ἄφρον* scriptum in Aug. d. in quo adnotatum *οὗτος ὁ στοίχος ἀλλότριος.* Receptus hic versus in Flor. 33. invertit vices personarum, ita ut v. 111. seqq. demum Helenae sint.

109. Ven. a. *τεθνηκυίῃ.*

110. Ven. a. b. cum vulgatis *ὀρθῶς ἔλεξας.* Tres codices apud Valck. ad Hippol. 715. Mosc. a. Flor. 17. 25. Aug. b. *καλῶς ἔλεξας,* quod reposuit Brunckius. In Flor. 17. superscriptum *ὀρθῶς,* ut *καλῶς* in I. Post hunc versum in libris hic versus legitur:

καὶ πέμψομαί γε θυγατέρ'· εὖ γάρ τοι λέγεις.

Liber P. Flor. 10. 21. Taur. Ven. a. *πέμψομεν.* Flor. 33. Aug. d.

καὶ λαβὲ χοὰς τάςδ᾽ ἐν χεροῖν κόμας τ᾽ ἐμάς·
ἐλθοῦσα δ᾽ ἀμφὶ τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον
μελίκρατ᾽ ἄφες γάλακτος οἰνωπόν τ᾽ ἄχνην,
καὶ στᾶσ᾽ ἐπ᾽ ἄκρου χώματος λέξον τάδε·
Ἑλένη σ᾽ ἀδελφὴ ταῖςδε δωρεῖται χοαῖς,
φόβῳ προςελθεῖν μνῆμα σόν, ταρβοῦσά τε
Ἀργεῖον ὄχλον. εὐμενῆ δ᾽ ἄνωγέ νιν
ἐμοί τε καὶ σοὶ καὶ πόσει γνώμην ἔχειν
τοῖν τ᾽ ἀθλίοιν τοῖνδ᾽, οὓς ἀπώλεσεν θεός.
ἃ δ᾽ εἰς ἀδελφὴν καιρὸς ἐκπονεῖν ἐμέ,
ἅπανθ᾽ ὑπισχνοῦ νερτέρων δωρήματα.
ἴθ᾽, ὦ τέκνον μοι, σπεῦδε, καὶ χοὰς τάφῳ
δοῦσ᾽ ὡς τάχιστα τῆς πάλιν μέμνησ᾽ ὁδοῦ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ φύσις, ἐν ἀνθρώποισιν ὡς μέγ᾽ εἶ κακόν,
σωτήριόν τε τοῖς καλῶς κεκτημένοις.
εἴδετε παρ᾽ ἄκρας ὡς ἀπέθρισεν τρίχας,

---

omittunt γε. Matthiae, valde improbans verbum medium, πέμψομεν praeferebat, sed idem totum versum, qui nihil nisi ieiunam repetitionem praecedentia contineat, auspectum habuit. Ego eum eieci, ut ex adscripta interpretatione confectum. Ac scholiastes ad initium tragoediae trimetros numerat 138. qui numerus deleto isto versu relinquitur.

112. Atticum λαβὲ pro vulgato λάβε restitui iussit Schaeferus.

113. Idem tollendam esse interpunctionem post τάφον monuit, quia ἄφες ἀμφὶ τάφον coniungenda sint.

115. Matthiae ex Mosc. d. Aug. b. c. Guelf. Flor. 6. 9. 17. 18. 21. 34. καὶ στᾶσά γ᾽ ἐπ᾽ ἄκρου χώματος. Alienum hic est γε, offenditque et ictus in praepositionem cadens et correpta hoc quidem in versus loco prima in ἄκρου. Recte vulgo καὶ στᾶσ᾽ ἐπ᾽ ἄκρου χώματος.

121. Vulgo ἐμήν. Porsonus ex Thoma M. p. 215 (491). cum novem codd. ἐμέ.

127. Vulgo: εἴδετε. παρ᾽ ἄκρας ὡς ἀπέθριξε τρίχας. Scholiastes Aeschyli ad Agam. 545. Harl. Flor. 2. 25. Havn. ἴδετε. In Flor. 33. Aug. d. Havn. est εἴδετ᾽ vel ἴδετ᾽ ἀπ᾽ ἄκρας, quod ex ἴδοιτ᾽ ἂν ἄκρας ortum esse ex hac scholiastae adnotatione apparet: ἀντὶ τοῦ ἴδοι τις ἄν, ὡς τὸ φαίης ζάκοτόν τιν᾽ ἔμμεναι

σώζουσα κάλλος; ἔστι δ' ἡ πάλαι γυνή.
θεοί σε μισήσειαν, ὥς μ' ἀπώλεσας
καὶ τόνδε πᾶσάν θ' Ἑλλάδ'. ὢ τάλαιν' ἐγώ,
αἵδ' αὖ πάρεισι τοῖς ἐμοῖς θρηνήμασιν
φίλαι ξυνῳδοί· τάχα μεταστήσουσ' ὕπνου
τόνδ' ἡσυχάζοντ', ὄμμα δ' ἐκτήξουσ' ἐμὸν
δακρύοις, ἀδελφὸν ὅταν ὁρῶ μεμηνότα.
ὦ φίλταται γυναῖκες, ἡσύχῳ ποδὶ
χωρεῖτε, μὴ ψοφεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος.
φιλία γὰρ ἡ σὴ πρευμενὴς μέν, ἀλλ' ἐμοὶ
τόνδ' ἐξεγεῖραι συμφορὰ γενήσεται.

στροφὴ α'.

ΧΟΡΟΣ.

Σῖγα· σῖγα λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης

καὶ τὸ ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις. Duportum ἴδετε γὰρ ἄκρας corrigentem secuti sunt Heathius, Brunckius, Porsonus. Matthiae quum corruptum putaret παρ', nisi quis iungere vellet ὡς ἀπέθρισεν τρίχας παρ' ἄκρας τὰς τρίχας, veram interpretationem indicavit. Sincerissimum est istud παρά, nec quisquam haesisset, si scriptum invenisset παραπέθρισεν. Denique ἀπέθρισεν vel ἀπέθρισε praebuerunt scholiastes et multi codd. Apud Hesychium tamen scriptum est: ἀπέθριξεν· ἀπέκειρεν, ἀπέκοψεν. Si Euripides hic ἀπέθρισεν et non ἀπεθέρισεν scripsit, fecit id, quod haec forma epicorum usu erat stabilita.

128. Plutarchus quum in Alcibiade c. 23. posuit ἔστιν ἡ πάλαι γυνή, ita est his verbis usus, ut non videatur, quod visus est, non legisse δέ.

130. Ante ὢ τάλαιν' ἐγώ, ut haec verba cum sequentibus coniungantur, plene interpungendum esse monuit Schaeferus, feceratque iam Matthiae.

131. Taur. εἰ δ' αὖ. Vulgatum αἵδ' αὖ male Porsonum cum Brunckio in αἱ δ' αὖ mutasse viderunt Matthiae et Schaeferus. De improviso venit chorus non opportunus Electrae. Unde abruptae sententiae moleste ferentis.

133. Ven. b. ὄμμα τ'.

139. Pleraque huius cantici metra recte constituit Seidlerus de de verss. dochm. pag. 198. seqq. Memorabilia sunt, quae de modis

τίθετε, μὴ ψοφεῖτε, μηδὲ κτυπεῖτ'.

---

musicis quibus haec canantur tradidit Dionysius Hal. de comp. verb. c. XI. de organica et odica musa scribens: *τάς τε λέξεις τοῖς μέλεσιν ὑποτάττειν ἀξιοῖ, καὶ οὐ τὰ μέλη ταῖς λέξεσιν, ὡς ἐξ ἄλλων τε πολλῶν δῆλον καὶ μάλιστα ἐκ τῶν Εὐριπίδου μελῶν, ἃ πεποίηκε τὴν Ἠλέκτραν λέγουσαν ἐν Ὀρέστῃ πρὸς τὸν χορόν· σῖγα, σῖγα, λευκὸν ἴχνος ἀρβύλης τίθετε, μὴ κτυπεῖτ'. ἀποπρόβατ' ἐκεῖσ', ἀπόπρο μοι κοίτας. ἐν γὰρ δὴ τούτοις τὸ σῖγα, σῖγα λευκὸν ἐφ' ἑνὸς φθόγγου μελῳδεῖται· καίτοι τῶν τριῶν λέξεων ἑκάστη βαρείας τε τάσεις ἔχει καὶ ὀξείας. καὶ τὸ ἀρβύλης τῇ μέσῃ συλλαβῇ τὴν τρίτην ὁμότονον ἔχει, ἀμηχάνου ὄντος ἓν ὄνομα δύο λαβεῖν ὀξείας. καὶ τοῦ τίθετε βαρυτέρα μὲν ἡ πρώτη γίνεται, αἱ δύο δὲ μετ' αὐτὴν ὀξύτονοί τε καὶ ὁμόφωνοι. τοῦ τε κτυπεῖτ' ὁ περισπασμὸς ἠφάνισται· μιᾷ γὰρ αἱ δύο συλλαβαὶ λέγονται τάσει. καὶ τὸ ἀποπρόβατε οὐ λαμβάνει τὴν τῆς μέσης συλλαβῆς προσῳδίαν ὀξεῖαν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν τετάρτην συλλαβὴν μεταβέβηκεν ἡ τάσις τῆς τρίτης.* Ut Dionysius hos versus Electrae esse putavit, sic etiam Cleanthes, de quo Diogenes Laertius VII. 172. *ἐρομένου τινὸς τί ὑποτίθεσθαι δεῖ τῷ υἱῷ, τὸ τῆς Ἠλέκτρας ἔφη, σίγα, σίγα, λεπτὸν ἴχνος.* Item scriptor argumenti Orestis, et scholiastes, cuius haec verba per errorem ad v. 170. reiecta sunt: *τοῦτο τὸ μέλος ἐπὶ ταῖς λεγομέναις νήταις ᾄδεται καὶ ἔστιν ὀξύτατον. ἀπίθανον οὖν τὴν Ἠλέκτραν ὀξείᾳ φωνῇ κεχρῆσθαι, καὶ ταῦτα ἐπιπλήσσουσαν τῷ χορῷ· ἀλλὰ κέχρηται μὲν τῷ ὀξεῖ ἀναγκαίως, λεπτότερον δὲ ὡς ἔνι μάλιστα.* Hos Brunckius et Porsonus Valckenario ad Phoen. 1371. duce secuti sunt. Recte vero Ald. et ceteri credo libri duos primos versus choro adscripserunt. Nam et Electra iam dixerat quod his versibus continetur et prorsus ineptum esset chorum *ἰδοὺ πείθομαι* dicentem introduci, quem decebat ipsum caute et provide ad Electram accedere. Pro vulgato *σίγα, σίγα* Cantero auctore posuerunt editores *σῖγα, σῖγα,* quod habet Dionysii codex Bodleianus. Sic e trochaeis in dochmios transitur, quod quum neque usitatum sit, nec dochmio quidquam nisi accentus obstet, restitui dochmium *σίγα, σῖγα* scribendo. Deinde *λεπτὸν* libri, sed memoratum in scholiis *λευκὸν* habent liber P. et Dionysii edd. atque Hesychius Illustr. pag. 24. quamvis exscribens Diogenem, apud quem *λεπτὸν* legitur, ut in MSS. Dionysii. Porsono, cui *λευκὸν* magis poeticum videbatur, recte contradixerunt Schaeferus et Matthiae. Crebra est horum vocum commutatio. Sic v. 211. in Ven. b. adnotatum *γρ. λευκά.*

140. Vulgo: *τιθεῖτε, μὴ κτυπεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος.* Porsonus *τίθετε* restituit, quod patet Dionysium legisse, etsi nunc apud illum quoque *τιθεῖτε* scriptum est. Codex Leid. apud Valck. ad Phoen. 1371. MS. Cotton. scholiastes Nicandri ad Ther. 424. *μὴ ψοφεῖτε,* quod, ut solebant Valckenarium sequi, receperunt Brunckius et Porsonus. Elmsleius ad Med. 34. scribi iubebat: *τίθετε, μὴ ψοφεῖτε, μὴ 'στω κτύπος*: in quo etsi ferri potest ultima dochmii syllaba non per posi-

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἀποπρὸ βᾶτ' ἐκεῖσ', ἀποπρό μοι κοίτας.

ΧΟΡΟΣ.

ἰδού, πείθομαι.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἂ ἂ σύριγγος ὅπως πνοὰ
λεπτοῦ δόνακος, ὦ φίλα, ἄϋε μοι.

ΧΟΡΟΣ.

ἴδ', ἀτρεμαῖον ὡς ὑπόροφον φέρω
βοάν.

---

tionem producta, quia alius personae verba sequuntur, tamen multo credibilius est μηδ' ἔστω κτύπος a metricis ex v. 136. integrandi versus caussa esse additum. Quare recepi, quod in Elem. doctr. metr. p. 246. proposui, non quod certum, sed tamen probabilius quam Elmsleii coniecturam putarem.

141. Codex K. qui Kingio, quod metra a Triclinio in congruentiam redacta habet, optimus visus est, λέχους, nescio an recte, quum, quod in ceteris libris omnibus est κοίτας, videri possit interpretis esse. Certe in tanto tragicorum studio metra exaequandi permirum foret, si opportunitate quam lingua Graeca plurimam praeberet usi non essent. Quamquam hic quidem dochmius per se bonus est.

142. Havn. πείσομαι.

143. Libri: ἂ ἂ σύριγγος ὅπως πνοά, praeter K. in quo est: ἔα σύριγγος ὅπως πνοιά. Peius etiam Porsonus scripsit ὡς πνοιά. Idoneis rationibus Elmsleius ad Heracl. 431. πνοιὰ a tragicis abiudicavit.

144. Libri omnes φώνει μοι. At hic dochmius φίλα φώνει μοι non modo parum congruit cum antistrophico, sed etiam, quum ferri aegre quidem posset, si φίλα μοι φώνει scriptum esset, plane ferri nequit voce monosyllaba post longam syllabam terminatus. Certissimum est φώνει interpretationem esse verbi, quod vix aliud esse potuit quam ἄϋε. Id igitur reposui.

145. Quod in libris est ἀτρεμαίαν, idem vitium, quod a praecedente versu removi, in hunc intulit. Itaque ἀτρεμαῖον scripsi. Ὑπόροφον Hesychius, Suidas, Etymologicum M. interpretantur ὑπόστεγον. Videtur Euripides vocem quasi sub tegmine aliquo, ut veste praetenta, obscuratam dicere. Nonnulli libri contra metrum ὑπώροφον, ut in Electra v. 1166. κλύεις ὑπώροφον βοάν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ναὶ οὕτως
κάταγε κάταγε, πρόσιθ' ἀτρέμας, ἀτρέμας ἴθι·
λόγον ἀπόδος ἐφ' ὅ τι χρέος ἐμόλετέ ποτε.
χρόνια γὰρ πεσὼν ὅδ' εὐνάζεται.

ἀντιστροφὴ α'.

ΧΟΡΟΣ.

λόγου πῶς ἔχει μετάδος, ὦ φίλα.
τίνα τύχαν εἴπω; τίνα δὲ συμφοράν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἔτι μὲν ἐμπνέει, βραχὺ δ' ἀναστένει.

ΧΟΡΟΣ.

τί φῄς; ὦ τάλας.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὀλεῖς, εἰ βλέφαρα κινήσεις
ὕπνου γλυκυτάταν φερομένῳ χάριν.

ΧΟΡΟΣ.

μέλεος ἐχθίστων θεόθεν ἐργμάτων,
τάλας.

---

146. Vulgo *οὕτω*. Codd. fere omnes *οὕτως*.

147. Recte unus scholiastarum: *τὸ κάταγε ἐναντίον ἐστὶ τῇ κατατάσει τῆς βοῆς.* Et alius: *ταπείνου τὴν σὴν φωνήν.*

149. *Χρόνια* ad *πεσὼν* pertinet: *sero tandem in soporem incidit.*

150. Legebatur: *πῶς ἔχει λόγου μετάδος*, quod metricis debetur, verba ad *σῖγα σῖγα*, quod in strophico legebant, accommodantibus.

151. Hunc versum libri Electrae tribuunt.

155. Libri *χαράν*, etiam Ven. b. Superscriptum in membranis *χάριν* susceperunt Brunckius et Porsonus. Quod si hic fecerunt, cur non fecerunt v. 177? Si *χάρις* iucunditatem, *χαρὰ* autem gaudium significat, utroque loco aptius est *χάριν*. Sed Brunckium codicis, Porsonum Brunckii duxit reverentia.

157. Ut in praecedente versu Ven. a. b. cum multis aliis libris

ΗΛΕΚΤΡΑ.

φεῦ μόχθων.
ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν, ἔλακεν, ἀπό-
φονον ὅτ' ἐπὶ τρίποδι Θέμιδος ἀπεδίκασε
φόνον ὁ Λοξίας ἐμᾶς ματέρος.

στροφὴ β'.

ΧΟΡΟΣ.

ὁρᾷς; ἐν πέπλοισι κινεῖ δέμας.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

σὺ γάρ νιν, ὦ τάλαινα, θωΰξασ' ἄγαν
ἔβαλες ἐξ ὕπνου.

ὦ μέλεος habent, sic in hoc Ven. b. ὦ τάλας, ὦ μέλεος. Ceteri tantum ω τάλας, aliqui τάλας, sine ὦ, recte. Quae sequuntur verba φεῦ μόχθων strophae indicio Electrae dedit Seidlerus.

158. Vulgo: ἃ ἃ ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν ἔλακεν, ἀπόφονον ὅτ' ἐπὶ τρίποδι Θέμιδος ἄρ' ἐδίκασε φόνον ὁ Λοξίας ἐμᾶς ματέρος. Pauci codd. semel ἆ, duo ὤ, Flor. 21. autem omittit interiectionem. Nec sane apparet quid hic interiectione opus sit. Etiam ἄρ' ante ἔλακεν in aliquot codd. omissum est, quae particula hic tam recte posita est, quam male ante ἐδίκασε. Singulare vocabulum ἀπόφονος, quo hic et v. 183. usus est Euripides, male scholiastae interpretantur κακόφονον, μισητόν, comparantes γάμον ἄγαμον. Nam infausti significatio, quae istis formis adhaeret, eo efficitur, quod nomina quibus ἀ vel ἀπὸ additur aut bonum quid, ut χάρις ἄχαρις, aut non malum, ut νᾶες ἄναες, indicant. Quod si mali notionem continent, contrarium malo significatur adiectivis, ut κακὸν ἄκακον. Itaque φόνος ἄφονος vel ἀπόφονος est caedes non pro caede habenda, h. e. iuste perpetrata. Recte aliud ad v. 183. scholion: ἀποφυγῆς ἄξιον φόνον. Pro ἄρ' ἐδίκασε reposui ἀπεδίκασε. Opposita inter se sunt ἀποδικάζειν et καταδικάζειν. Vide Pollucem VIII. 24. Abreschium in Lect. Aristaenet. pag. 292. Antiphon περὶ τοῦ χορευτοῦ §. 47. p. 791. Reisk. καὶ ἃ αὐτοὶ ἔργῳ ἀπεδίκασαν, ταῦθ' ὑμᾶς κελεύουσι καταδικάσαι. *Iniusta*, inquit, *pronuntiavit Apollo, quum absolvit caedem crimine ut non esset pro caede habenda.*

162. Libri: σὺ γάρ νιν, ὦ τάλαινα, θωΰξασ' ἔβαλες ἐξ ὕπνου. Male Porsonus γὰρ et ὦ delevit. Neque enim dubium esse potest

ΧΟΡΟΣ.

εὕδειν μὲν οὖν ἔδοξα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐκ ἀφ' ἡμῶν, οὐκ ἀπ' οἴκων
πάλιν ἄνα μεθεμένα κτύπου
πόδα σὸν εἰλίξεις;

ΧΟΡΟΣ.

ὑπνώσσει.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

λέγεις εὖ.
πότνια, πότνια νύξ,
ὑπνοδότειρα τῶν πολυπόνων βροτῶν,
ἐρεβόθεν ἴθι, μόλε, μόλε κατάπτερος
τὸν Ἀγαμεμνόνιον ἐπὶ δόμον.

---

haec verba trimetrum iambicum cum dochmio continuisse. Quare *ἄγαν* addidi, indicium praebente scholiastae interpretatione: *ἀγρίως φωνήσασα, μεγάλως βοήσασα.*

164. Ald. et aliquot codd. *εὕδειν μὲν οὖν νιν ἔδοξα.* Flor. 33. omittit *οὖν.* Recte vero multi codices non habent *νιν.*

166. Libri: *πάλιν ἀνὰ πόδα σὸν εἰλίξεις μεθεμένα κτύπου.* Clausulas quas vocat recte transposuit Porsonus, hoc est dochmium subiecit dimetro iambico.

169. Tribuebantur omnia usque ad *οἰχόμεθα* choro. At ea ab Electra cani rectissime monuit Seidlerus, non recte tamen ad eam caussam adhibita adnotatione scholiastae, quae pertinet ad v. 139. ubi de ea dixi. Secessisse aliquantum ab Oreste putanda est Electra, quum haec canit. Vana sunt, quibus Matthiae Seidleri sententiam impugnat.

172. Non mirum est Porsonum, cui non notum erat metrum dochmiacum, *τὸν* delevisse, quamquam idem recte scripsit *Ἀγαμεμνόνιον* pro vulgato *Ἀγαμεμνόνειον:* mirum vero, quod qui didicerat istius metri rationes Matthiae errasse se scripsit, quum ad scholia syllabas *νόνιον ἐπὶ* paeonem *πεντάβραχυν* vocari diceret. *Ἐπὶ δόμον* pro cretico sunt.

ὑπὸ γὰρ ἀλγέων ὑπό τε συμφορᾶς
διοιχόμεθ᾽, οἰχόμεθα. κτύπον ἠγάγετ᾽. οὐχὶ σῖγα,
σῖγα φυλασσομένα
στόματος ἀνακέλαδον, ἀπὸ δὲ λέχεος ἥ-
συχον ὕπνου χάριν παρέξεις, φίλα;

ἀντιστροφὴ β΄.

ΧΟΡΟΣ.

θρόει τίς κακῶν τελευτὰ μένει.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

θανεῖν· τί δ᾽ ἄλλο γ᾽; οὐδὲ γὰρ * * * *
πόθον ἔχει βορᾶς.

ΧΟΡΟΣ.

πρόδηλος ἄρ᾽ ὁ πότμος.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐξέθυσ᾽ ὁ Φοῖβος ἡμᾶς
μέλεον ἀπόφονον αἷμα δοὺς
πατροφόνου ματρός.

---

176. Libri ἀπὸ λέχεος. Inserui δὲ metri indicio, quod dochmiacum est. Ad σῖγα intelligendum ἔσει. Scholiastes: οὐ σιωπήσεις, φησίν, ἀπὸ τοῦ στόματος φυλασσομένη τὸ ἀνακελαδεῖν, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς κοίτης ὕπνου χάριν ἥσυχον αὐτῷ παρέξεις; Haec satis recte: non item quod sequitur: ἢ τὸν κέλαδον ἄποθεν τοῦ λέχους ποιουμένη, quod probans Matthiae ἄπο λέχεος scribi iubebat.

177. χαράν. Scholiastes χάριν. Vide ad v. 155.

179. Ald. τί δ᾽ ἄλλο γ᾽ εἴπω. Multi codd. omittunt γ᾽ εἴπω. In aliis εἴπω tantum abest. In Mosc. a. Taur. Flor. 33. Aug. d. Havn. est τί δ᾽ ἄλλο γ᾽ εἶπας, quod in Flor. 25. τί δ᾽ ἄλλο γ᾽ εἴποις scriptum. Apertum est εἴπω, εἶπας, εἴποις supplementa esse interpretis vel correctoris metrorum, eiecitque cum Kingio Porsonus. Excidit tertia trimetri dipodia.

183. Scholiastes dividens ἀπόφονον: τὸ δὲ ἑξῆς· μέλεον ἀποδοὺς αἷμα πατροφόνου μητρός. At vide ad v. 158. Sententia est:

ΧΟΡΟΣ.

δίχα μέν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

καλῶς δ' οὔ.
ἔκανες, ἔθανες, ὦ
τεκομένα με μᾶτερ, ἀπὸ δ' ὤλεσας
πατέρα τέκνα τε τάδε σέθεν ἀφ' αἵματος·
ὀλόμεθ' ἰσονέκυες, ὀλόμεθα.
σύ τε γὰρ ἐν νεκροῖς, τὸ δ' ἐμὸν οἴχεται
βίου τὸ πλέον μέρος ἐν στοναχαῖσί τε καὶ γόοισι
δάκρυσί τ' ἐννυχίοις;
ἄγαμος ἐπεί, ἄτεκνος, ἀτρέμα βίοτον ἃ
μέλεος εἰς τὸν αἰὲν ἕλκω χρόνον.

---

perdidit nos Phoebus, quum miseram caedem matris, quae patrem interfecit, crimine liberavit.

185. Totus versus choro tribuebatur. Strophico recte aptavit personas Seidlerus.

186. Libri *ἔκανες, ἔθανες*, nisi quod duo codd. *ἔκτανες, ἔθανες*, Harleianus autem *ἔθανες, ἔθανες*, quod recepit Porsonus; Brunckius ex Reiskii coniectura *ἔκανες, ἔκανες*: uterque male. Commemoranda hic et patrata a Clytaemnestra caedes erat, ut prima malorum caussa, et allata ei mors a filio, quod is propter eam insanit.

189. Ald. *ὀλόμεσθ', ὀλόμεσθ' ἰσονέκυες.* Porsonus *ὀλόμεθ', ὀλόμεθ' ἰσονέκυε.* Recte vero Paris. A. B. Flor. 2. 10. Taur. Mosc. a. Ven. a. b. *ὀλόμεθ' ἰσονέκυες, ὀλόμεθα.*

190. Brunckius ex Paris. A. *τὸ δ' ἐμόν*, quod etiam Matthiae vulgato *τό τ' ἐμὸν* praeferendum iudicavit. Praetuli ego quoque, ut opponantur inter se *ἐν νεκροῖς* et *ἐν στοναχαῖσί τε καὶ γόοισι.*

191. Libri: *βίου τὸ πλέον μέρος*, nisi quod in Ven. b. ad *τὸ* superscriptum est *τε*. Porsonus scripsit: *πλέον βιότου μέρος*, cuius mutationis idoneam caussam vix ullam intelligi dicit Matthiae. Videtur Porsonus non ferendam putasse duplicationem articuli, quum non cogitaret *τὸ πλέον* explicandi caussa adiectum esse: *τὸ δ' ἐμὸν οἴχεται βίου μέρος τὸ πλέον.*

193. Ald. Aug. d. *ἄγαμος, ἐπεὶ δ' ἄτεκνος.* Flor. 33. *ἐπεὶ δ'*. Mosc. Taur. Guelf. Havn. *ἐπὶ δ'*. Paris. A. B. Florentini omnes praeter 33. *ἔπειδ'*. Id recepit Porsonus cum Brunckio, qui sic interpretatur: *adspice, ut innupta, prolis expers, vitam misera in perpe-*

ΧΟΡΟΣ.

ὥρα παροῦσα, παρθέν' Ἠλέκτρα, πέλας,
μὴ κατθανών σε σύγγονος λέληθ' ὅδε·
οὐ γάρ μ' ἀρέσκει τῷ λίαν παρειμένῳ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον, ἐπίκουρον νόσου,
ὡς ἡδύ μοι προςῆλθες ἐν δέοντί τε.
ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὡς εἶ σοφή,
καὶ τοῖσι δυςτυχοῦσιν εὐκταία θεός.
πόθεν ποτ' ἦλθον δεῦρο; πῶς δ' ἀφικόμην;
ἀμνημονῶ γάρ, τῶν πρὶν ἀπολειφθεὶς φρενῶν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ φίλταθ', ὥς μ' εὔφρανας εἰς ὕπνον πεσών.
βούλει θίγω σου κἀνακουφίσω δέμας;

---

tuum traho. Id merito improbat Matthiae, quod ἅτε non *quo modo,* sed vel *quippe* vel *sicut* significet. Itaque ipse sic vertit: *quippe innupta, prole carens vitam misera traho.* At id per posituram verborum fieri nequit. Scholiastes ἅτε pro ἥτε accepit, qnod metro adversatur: quare Triclinius pro καθὰ esse voluit. At etiam ἔπιδε ineptum est, quasi chorus intuens Electram cernere possit et innuptam esse et liberis carere et vitam semper miseram trahere. Nescio an scripserit Euripides, qnod quivis exspectet: ἄγαμος, ἄτεκνος, ἄφιλος ὅτε βίοτον — ἕλκω. Sed tamen quum libri alius scripturae vestigia monstrent, sic potius corrigendnm duxi: ἄγαμος ἐπεί, ἄτεκνος, ἀτρέμα βίοτον. Ἐπεὶ ultima correpta in dochmio invenitur etiam in Soph. Oed. R. 661. Ἀτρέμα autem est *paullatim, gradatim,* ut in Bacchis 1072.

199. Ald. Flor. 2. 10. 25. 33. et Plutarchus de superstitione c. 3. p. 165. E. ἐν δέοντί γε. Ceteri codd. praeter Ven. b. et Stobaeus C. 1. ἐν δέοντί τε, quod praeferendum alteri recepto a Porsono, qui, si quid mutandum sit, malle se ait ἐν δέοντι γάρ, ut in Medea 1277. Ven. b. ἐν δέοντί μοι, quod recte se haberet, si legeretur: ὡς ἡδὺ δὴ προςῆλθες ἐν δέοντί μοι.

202. Porsonus scripsit πόθεν ποτ', vituperans πόθεν πότ' editionum, quod isto accentu putabat interrogativum πότε indicari, nec sentiebat retractum accentum propter elisionem esse.

204. Vulgo ηὔφρανας. Novem codices εὔφρανας. Videndus Matthiae ad Hec. 18.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λαβοῦ, λαβοῦ δῆτ', ἐκ δ' ὄμορξον ἀθλίου
στόματος ἀφρώδη πέλανον ὀμμάτων τ' ἐμῶν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἰδοὺ τὸ δούλευμ' ἡδύ, κοὐκ ἀναίνομαι
ἀδέλφ' ἀδελφῇ χειρὶ θεραπεύειν μέλη.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὑπόβαλε πλευροῖς πλευρά, καὐχμώδη κόμην
ἄφελε προσώπου· λεπτὰ γὰρ λεύσσω κόραις.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ βοστρύχων πινῶδες ἄθλιον κάρα,
ὡς ἠγρίωσαι διὰ μακρᾶς ἀλουσίας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κλῖνόν μ' ἐς εὐνὴν αὖθις· ὅταν ἀνῇ νόσος
μανιάς, ἄναρθρός εἰμι, κἀσθενῶ μέλη.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἰδού. φίλον τοι τῷ νοσοῦντι δέμνια,

---

211. Pro *κόραις* scholiastes et Ven. a. Flor. 21. *γρ. νόσῳ.*

212. Mire ac perplexe Schaeferus et Matthiae explicant *βοστρύχων πινῶδες.* Planissima talinm explicatio est *βοστρύχων πίνον ἔχον.*

214. Libri: *κλῖνόν μ' ἐς εὐνὴν αὖθις· ὅταν μ' ἀνῇ νόσος μανίας, ἄναρθρός εἰμι κἀσθενῶ μέλη,* nisi quod aliquot codd. *δέμας* pro *μέλη.* *Μανίας* an *μανιὰς* scripserit Euripides, dubitant scholiastae. Porsonus scripsit *ὅταν ἀνῇ νόσος μανιάς μ'.* Vereor ut poeta *μανιας* sub ictu in postrema syllaba posuerit, nec *με* in fine collocari debebat. Matthiae *ὡς* particulam desiderans, *αὖθις* e v. 218. huc retractum putabat. At hoc adverbinm omitti non posse ostendunt versus 205. 206. 210. Scribendum erat: *ὅταν ἀνῇ νόσος μανιάς, ἄναρθρός εἰμι.*

216. Separandum erat *ἰδοὺ* ab sequentibus verbis, quibuscum con-

ἀνιαρὸν ὄντα κτῆμ', ἀναγκαῖον δ' ὅμως.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

αὖθίς μ' ἐς ὀρθὸν στῆσον, ἀνακύκλει δέμας·
δυςάρεστον οἱ νοσοῦντες ἀπορίας ὕπο.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἦ κἀπὶ γαίας ἁρμόσαι πόδας θέλεις,
χρόνιον ἴχνος θείς; μεταβολὴ πάντων γλυκύ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μάλιστα. δόξαν γὰρ τόδ' ὑγιείας ἔχει·
κρεῖσσον δὲ τὸ δοκεῖν, κἂν ἀληθείας ἀπῇ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἄκουε δή νυν, ὦ κασίγνητον κάρα,
ἕως ἐῶσί σ' εὖ φρονεῖν Ἐρινύες.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέξεις τι καινόν; κεἰ μὲν εὖ, χάριν φέρεις·
εἰ δ' ἐς βλάβην τίν', ἅλις ἔχω τοῦ δυστυχεῖν.

---

iunctum ineptum est. Stat illud solum, significatque eo Electra fecisse se quod Orestes iusserat, et reclinasse eum in lectum. Scholiastes: *ἰδού, κλίνω σε.* Deinde pro vulgato *δέμνιον* Mosc. d. et Stobaeus C. 2. *δέμνια.* Vide ad v. seq.

217. Euripidis libri: *ἀνιαρόν ὂν τὸ κτῆμα.* Apud Stobaeum in ed. Trinc. omissum *ὂν*, pro quo codd. Stobaei A. B. *μέν.* Quid vero sibi vult articulus? Verissimum est in praecedente versu *δέμνια*, ex quo in hoc *ὄντα* scribendum.

219. Neglexit *στιχομυθίαν* Porsonus, qui cum vulgatis hunc versum choro tribuit. Debebat hic ducem suum Brunckium sequi, qui eum Oresti dedit, ut fecerat Musgravius cum Ask. 1. Pari fere errore in Flor. 9. versus 222. 223. choro adscripti sunt.

226. Vulgo *λέξεις τί καινόν;* quod correxit Brunckius.

227. Flor. 33. *τῷ δυςτυχεῖν.* Taur. *τὸ δυςτυχεῖν.*

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Μενέλαος ἥκει, σοῦ κασίγνητος πατρός,
ἐν Ναυπλίᾳ δὲ σέλμαθ᾽ ὥρμισται νεῶν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πῶς εἶπας; ἥκει φῶς ἐμοῖς καὶ σοῖς κακοῖς,
ἀνὴρ ὁμογενὴς καὶ χάριτας ἔχων πατρός;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἥκει, τὸ πιστὸν τόδε λόγων ἐμῶν δέχου,
Ἑλένην ἀγόμενος Τρωϊκῶν ἐκ τειχέων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἰ μόνος ἐσώθη, μᾶλλον ἂν ζηλωτὸς ἦν·
εἰ δ᾽ ἄλοχον ἄγεται, κακὸν ἔχων ἥκει μέγα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐπίσημον ἔτεκε Τυνδάρεως γὰρ ἐς ψόγον
γένος θυγατέρων δυςκλεές τ᾽ ἀν᾽ Ἑλλάδα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σύ νυν διάφερε τῶν κακῶν· ἔξεστι γάρ·
καὶ μὴ μόνον λέγ᾽, ἀλλὰ καὶ φρόνει τάδε.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἴμοι, κασίγνητ᾽, ὄμμα σὸν ταράσσεται,
ταχὺς δὲ μετέθου λύσσαν, ἄρτι σωφρονῶν.

---

236. Vulgo: ἐπίσημον ἔτεκε Τυνδάρεως εἰς τὸν ψόγον. Omittunt molestum articulum Flor. 25. Mosc. a. Havn. Atque quum Havn. et Aug. d. τ᾽ inserant ante εἰς, apertum est τ᾽ et τὸν ex γὰρ ortum esse. Id igitur restitui.

238. Libri et Stobaeus Ecl. eth. II. 8, 8. atque Eustathius pag. 549, 39. σὺ νῦν. Canteri monitu id σύ νυν scriptum. Apud Plutarchum de capienda ex inimicis utilitate p. 88. C. σὺ τοι. Egregie Euripides hac severa admonitione, quam non merita est Electra, incipientem impetum insaniae expressit.

241. Libri et Dio Chrysostomus or. LXXIV. p. 638. ἄρτι σωφρονῶν. Porsonum vituperat Matthiae, quod Diogeni Laertio VII. 182.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε, μὴ 'πίσειέ μοι
τὰς αἱματωποὺς καὶ δρακοντώδεις κόρας·
αὗται γὰρ αὗται πλησίον θρώσκουσί μου.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

μέν', ὦ ταλαίπωρ', ἀτρέμα σοῖς ἐν δεμνίοις.
ὁρᾷς γὰρ οὐδὲν ὧν δοκεῖς σάφ' εἰδέναι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ Φοῖβ', ἀποκτενοῦσί μ' αἱ κυνώπιδες
γοργῶπες ἐνέρων ἱερίαι, δειναὶ θεαί.

---

homini memoriter citanti, tantum tribuerit, ut ex eo *ἀρτίως φρονῶν* reciperet. Accedit quod lenius est *ἄρτι σωφρονῶν*.

242. Bene etiam hoc a poeta inventum est, quod hic et infra v. 255. acrius effervescente insania distichorum tenor ternis versibus turbatur. Quamquam enim non ineptis argumentis communiri potest sententia viri docti, qui in Diarii classici fasc. III. versum 244. post v. 257. collocari iussit, tamen praeter eam rationem quam attuli etiam Longinus c. 15. hos tres versus coniunctos posuit: cuius quidem non tanta fides est, ut nihil dubitationis admittat, siquidem eum memoriter ista attulisse eo apparet, quod addit: *καὶ οἴμοι κτενεῖ με. ποῖ φύγω;* pro eo quod scriptum est v. 247. *ὦ Φοῖβ', ἀποκτενοῦσί μ' αἱ κυνώπιδες.*

243. Porsonus ad v. 605. quamquam et codices et Longinus *κόρας* habent, *κύνας* scriptum fuisse suspicatur. Mallem potuisse sic scribere Euripidem dixisset, quam suspicatus esset fecisse, praesertim quum sequatur *κυνώπιδες*.

244. Flor. 10. *μοι.* Miro errore H. Stephanus in Thesauro v. *ἄτη* affert *ἆται γὰρ αὗται.* Nisi ipsius coniectura est.

246. Etsi notiones videndi et sciendi saepe ita commiscentur, ut altera in alteram transeat, quae ipsa caussa est cur apud Graecos eiusdem thematis aliae formae de visu, aliae de scientia usurpatae sint, quae sunt Schaeferi verba, tamen non debebat ille dicere non male Burgesio *εἰδέναι* hic idem quod *ὁρᾶν* esse videri. Constantissime enim usus discrevit *ἰδεῖν* et *εἰδέναι*. Haesitavit in hoc verbo etiam Matthiae, ita ut *σάφ' εἰδέναι* vix sanum esse posse censeret, coniiceretque *σάφ' ἴσθ' ὅτι.* At *εἰδέναι* hic quoque scire significat: *nihil enim vides horum quae te certo scire putas*, h. e. Furias ad te accedere. Scholiastes: *βλέπειν εἰπεῖν ἔμελλεν. ὅτι δὲ ὃ βλέπει τις γινώσκει, οὕτως ἐξήνεγκεν.*

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὔτοι μεθήσω· χεῖρα δ' ἐμπλέξασ' ἐμὴν
σχήσω σε πηδᾶν δυστυχῆ πηδήματα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μέθες· μί' οὖσα τῶν ἐμῶν Ἐρινύων,
μέσον μ' ὀχμάζεις, ὡς βάλῃς ἐς Τάρταρον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἲ 'γὼ τάλαινα, τίν' ἐπικουρίαν λάβω,
ἐπεὶ τὸ θεῖον δυσμενὲς κεκτήμεθα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δὸς τόξα μοι κερουλκά, δῶρα Λοξίου,
οἷς μ' εἶπ' Ἀπόλλων ἐξαμύνασθαι θεάς,
εἴ μ' ἐκφοβοῖεν μανιάσιν λυσσήμασιν.
βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χερί,

---

255. Citatur hic versus et explicatur in Crameri Anecd. Ox. II. p. 452, 26.

256. Vulgatum *ἐξαμύνεσθαι* servarunt Brunckius et Porsonus: sed multi codd. *ἐξαμύνασθαι.*

257. Citatur in Crameri Anecd. Ox. II. p. 433, 19. Scholiastes: *Στησιχόρῳ δὲ ἑπόμενος τόξα φησὶν αὐτὸν εἰληφέναι παρὰ Ἀπόλλωνος. ἔδει οὖν τὸν ὑποκριτὴν τόξα λαβόντα τοξεύειν.* Is quidem valde rudis histrio fuisset, qui vero arcu sagittisque opus habuisset, et non gestu didicisset sagittas ab arcu emittentem imitari.

258. Diogenes Laertius IX. 60. quod Plutarchus in Q. Symp. IX. 1, 2. p. 737. A. scripserat, *καὶ Ἀνάξαρχος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου μήλοις βαλλόμενος παρὰ δεῖπνον, ἐπαναστὰς καὶ εἰπών, βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χερί,* sic rettulit: *ἀλλὰ καὶ ἄλλοτε προπίνοντα αὐτῷ τὸν Ἀνάξαρχον δεῖξαι τὴν κύλικα καὶ εἰπεῖν, βληθήσεταί δή τις θεῶν βροτησίᾳ χερί.* Euripidis libri *βεβλήσεται.* Utrumque quum usurpatum Euripidi dixit Porsonus, nihil differre potestate videtur credidisse. At quod ex aoristo formatum est futurum unius facti notationem continet; quod autem olim futurum medium vocabatur, durantis vel continuatae actionis est: id quod fere etiam in futura ex perfecto facta cadit, ut *κεκράξομαι.* Itaque hic quidem, ubi de sagittis sermo est, quarum non unam mittere in

εἰ μὴ ᾽ξαμείψει χωρὶς ὀμμάτων ἐμῶν.
οὐκ εἰςακούετ᾽; οὐχ ὁρᾶθ᾽ ἑκηβόλων
τόξων πτερωτὰς γλυφίδας ἐξορμωμένας;
ἆ ἆ·
τί δῆτα μέλλετ᾽; ἐξακρίζετ᾽ αἰθέρα
πτεροῖς· τὰ Φοίβου δ᾽ αἰτιᾶσθε θέσφατα.
ἔα·
τί χρῆμ᾽ ἀλύω, πνεῦμ᾽ ἀνεὶς ἐκ πνευμόνων;
ποῖ, ποῖ πόθ᾽ ἡλάμεσθα δεμνίων ἄπο;
ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν᾽ ὁρῶ.
σύγγονε, τί κλαίεις κρᾶτα θεῖσ᾽ ἔσω πέπλων;
αἰσχύνομαί σοι μεταδιδοὺς πόνων ἐμῶν,
ὄχλον τε παρέχων παρθένῳ νόσοις ἐμαῖς.
μὴ τῶν ἐμῶν ἕκατι συντήκου κακῶν·

Furias volebat Orestes, aeque ut pro Anaxarchi consilio aptius erat *βεβλήσεται*. Ceterum libri et scholiastes hunc versum Electrae tribuunt, quae roget, num quem deum homo sit vulneraturus. Non sane inepta haec ratio est. Nam quum tribus illis qui praecedant versibus aperte sororem alloquatur Orestes, a qua sibi arcum et sagittas porrigi vult, veri simile est ut haec, quoniam id non est factura, aliquid respondeat, quo avertat fratrem ab ista cogitatione, mitigetque gliscentem insaniam. Ei quum Orestes hoc versu respondet, *εἰ μὴ ᾽ξαμείψει χωρὶς ὀμμάτων ἐμῶν*, conservatur *στιχομυθία*, quoniam uni Electrae versui uno et ipse versu respondet, deinde autem duobus distichis Furias appellat. Sed tamen quod Plutarchus atque Diogenes Laertius narrant, indicare videtur pro comminatione acceptum esse istum versum, et proinde non Electrae, sed Oresti fuisse adscriptum, cui eum nuper assignavit G. Dindorfius in doctorum adnotationibus Oxonii ab se editis.

269. Nihil nisi error est, quod in Porsoni edd. scriptum est *ὄμμα* pro *κρᾶτα*, quod omnes libri habent. Pro vulgato *εἴσω* Flor. 18. 21. scholiastes ad v. 284. *ἔσω*, contra sententiam Emsleii ad Med. 88. qui ut in universum recte senserit, certe cogitare debebat esse ubi regulam quam fecit migrari insuavis sonus suaderet. Ceterum Ald. Flor. 10. 17. Havn. hunc versum Electrae tribuentes *θεὶς* habent. Scholiastes cum ceteris libris *θεῖσ᾽*, ut haec Orestis verba sint, quod confirmatur versu 272.

270. Flor. 2. 10. 25. 33. Taur. *αἰσχύνομαί σε*. Aug. b. Havn. *αἰσχύνομαί σοι μεταδιδοὺς σοι*.

σὺ μὲν γὰρ ἐπένευσας τάδ', εἴργασται δ' ἐμοὶ
μητρῷον αἷμα· Λοξίᾳ δὲ μέμφομαι,
ὅςτις μ' ἐπάρας ἔργον ἀνοσιώτατον,
τοῖς μὲν λόγοις εὔφρανε, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.
οἶμαι δὲ πατέρα τὸν ἐμόν, εἰ κατ' ὄμματα
ἐξιστόρουν νιν, μητέρ' εἰ κτεῖναι χρεών,
πολλὰς γενείου τοῦδ' ἂν ἐκτεῖναι λιτὰς
μήποτε τεκούσης ἐς σφαγὰς ὦσαι ξίφος,

---

273. Nimis exili et haud satis considerata metrorum comparatione Elmsleius in censura meae Supplicum editionis ad v. 303. VIII. scriptum fuisse coniiciebat *σὺ μὲν τάδ' ἐπένευσας γάρ.*

275. Aut *εἰς ἔργον* cum Ald. inquit Porsonus, aut *ἔργον εἰς* (vel *ἐς*) plerique Mss. unde *ἔργμ'* coniicit Musgravius: sed recte *εἰς* membr. Mosc. d. omittunt, ut et schol. ad Sophocl. Oed. T. 1328. Is explicat per *ἔπεισε.* Euripidis scholiastae, *ἀναπτερώσας καὶ πείσας,* et *ἀναπείσας.* Matthiae quum id ut *πείθειν τινά τι* dictum ait, videtur in mente habuisse quae in grammatica §. 421. adnot. 1. variorum generum attulit, in quibus non est nisi hoc unum quod quadret exemplum Thucyd. II. 21. *διὸ δὴ καὶ ἡ φυγὴ αὐτῷ ἐγένετο ἐκ Σπάρτης δόξαντι χρήμασι πεισθῆναι τὴν ἀναχώρησιν.* Quo etsi defendi potest scriptura *εἰς* omittentium codicum Par. A. Mosc. d. Flor. 2. 33. Havn. Taur. tamen suspectum habeo hunc locum. Nescio enim an scripserit Euripides: *ὅςτις μ' ἐπάρας ἔργον ἀνοσιώτατον δρᾶσαι, λόγοις εὔφρανε, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.* Convenit certe cum hac scriptura glossa cod. Aug. d. *παρακινήσας ποιῆσαι,* quamquam ea soli *ἐπάρας* explicando adscripta videtur.

276. Plurimi codd. *εὔφρανε* pro vulgato *ηὔφρανε.*

278. Vulgo *εἰ κτεῖναί με χρή.* Liber P. Flor. 21. Vict. *εἰ κτεῖναι χρεών,* quod praeferendum esse recte indicavit Matthiae. Videtur etiam scholiastes ita legisse, qui per *πρέπει* reddidit.

280. Ald. Aug. c. d. Havn. Ven. a. *μήπω τεκούσης.* Flor. 25. *μήπως.* Ven. b. aliique multi codd. cum scholiasta *μήποτε.* Porsonus cum solo Harleiano *μὴ τῆς τεκούσης,* quod *τεκοῦσα* numquam absolute pro *μήτηρ* ponatur ab Euripide. Ab Euripide vero? quasi hic aliter quam ceteri Graeci loquatur. Assensus est Matthiae. Non est hoc recte iudicatum. Nam ut certa mater cum articulo *ἡ τεκοῦσα* sit dicenda, at si omnino aliqua quae mater sit significanda est, omitti articulum convenit. Aeschylus Eum. 516. *ταῦτά τις τάχ' ἂν πατὴρ ἢ τεκοῦσα νεοπαθὴς οἶκτον οἰκτίσαιτο.* Sophocles Trach. 817. *ὄγκον γὰρ ἄλλως ὀνόματος τί δεῖ τρέφειν μητρῷον, ἥτις μηδὲν ὡς τεκοῦσα δρᾷ;* Quid igitur impedit quin universe vetetur aliquam

εἰ μήτ᾽ ἐκεῖνος ἀναλαβεῖν ἔμελλε φῶς,
ἐγὼ δ᾽ ὁ τλήμων τοιάδ᾽ ἐκπλήσειν κακά.
καὶ νῦν ἀνακάλυπτ᾽, ὦ κασίγνητον κάρα,
ἐκ δακρύων τ᾽ ἄπελθε, κεἰ μάλ᾽ ἀθλίως
ἔχομεν· ὅταν δὲ τἄμ᾽ ἀθυμήσαντ᾽ ἴδῃς,
σύ μου τὸ δεινὸν καὶ διαφθαρὲν φρενῶν
ἴσχναινε παραμυθοῦ θ᾽· ὅταν δὲ σὺ στένῃς,
ἡμᾶς παρόντας χρή σε νουθετεῖν φίλα·
ἐπικουρίαι γὰρ αἵδε τοῖς φίλοις καλαί.
ἀλλ᾽, ὦ τάλαινα, βᾶσα δωμάτων ἔσω,
ὕπνῳ τ᾽ ἄϋπνον βλέφαρον ἐκταθεῖσα δός,
σῖτόν τ᾽ ὄρεξαι, λουτρά τ᾽ ἐπιβαλοῦ χροΐ.

---

quae mater sit occidi? Quare servandum duxi *μήποτε τεκούσης*, quum etiam *μήποτε* tali sententiae sit accommodatum.

281. Ven. a. *κεἰ*. Aug. b. *εἰ μήτ᾽ ἐκεῖνον*. Deinde Mosc. a. Havn. *ἔμελλε*. Ceteri *ἤμελλε*, contra usum tragicorum.

282. Porsonus ex Harl. *ἐγώ θ᾽*. Ceteri libri *ἐγὼ δ᾽*.

283. Legebatur: *καὶ νῦν ἀνακάλυπτ᾽, ὦ κασίγνητον κάρα*. Brunckius eleganter ex coniectura, *καὶ νῦν ἀνακάλυπτ᾽, ὦ κασιγνήτη, κάρα*. Vulgatam Porsonus eo tuetur, quod *ἀνακαλύπτειν*, ut alia activa, subaudito pronomine dici potuerit. Scholiastes: *τὴν ὄψιν δηλονότι, τὸ σκέπας. τοῦτο γὰρ ἐπὶ τὸ μὴ λυπεῖν τὸν ἀδελφὸν τοῖς δακρύοις ἐποίει, ἑαυτὴν καλύπτουσα· ἔκλαιε γὰρ κρᾶτα θεῖσ᾽ ἔσω πέπλων*. Ven. b. memorabilem scripturam praebet *ἀνακάλυπτ᾽ ὄμμ᾽, ὦ κασιγνητον κάρα*. Unde facile quis coniiciat, *νῦν δ᾽ ἀνακάλυπτ᾽ ὄμμ᾽*, aut *νῦν δ᾽ ὄμμ᾽ ἀνακάλυπτ᾽, ὦ κασίγνητον κάρα*.

285. Matthiae propter sequens *ὅταν δὲ* hic scribendum putabat *ὅταν γὰρ* vel *ὅταν μέν*. Non opus, quum prius *δὲ* ad praegressa spectet.

286. Edd. Commelin. P. Stephani, Barn. *σύ μοι*. Aug. b. *διαφθαρθέν*.

287. Ald. et plerique codd. *ἴσχανε*, adscripto in quibusdam *ἴσχναινε*, quod est in Musgravii E. et 2714. ac Flor. 2. ex quo tamen Victorius *ἴσχαινε* enotavit, ut in Taur. et Flor. 33. scriptum. *Ἰσχαίνειν* licet non conveniat cum analogia, facilioris pronuntiationis caussa praelatum ab Atticis putarunt Porsonus, Schaeferus, Matthiae. Ego quidem analogiam sequendam duxi. Vide Blomfieldium ad Aeschyli Prom. 277.

292. Ald. *ἐπὶ χρωτὶ βάλε*. Codices *ἐπὶ χροΐ βάλε*, praeter K. qui ex emendatione Triclinii *ἐπὶ χροὸς* habet, quod Brunckius, Porsonus, Matthiae receperunt. Matthiae quod scripsit: „pro *βάλε* Gu. *βά-*

εἰ γὰρ προλείψεις μ', ἢ προςεδρίᾳ νόσου
κτήσει τιν', οἰχόμεσθα· σὲ γὰρ ἔχω μόνην
ἐπίκουρον, ἄλλων, ὡς ὁρᾷς, ἔρημος ὤν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐκ ἔστι· σὺν σοὶ καὶ θανεῖν αἱρήσομαι
καὶ ζῆν· ἔχει γὰρ ταὐτόν· ἢν σὺ κατθάνῃς,
γυνὴ τί δράσω; πῶς μόνη σωθήσομαι,
ἀνάδελφος, ἀπάτωρ, ἄφιλος; εἰ δὲ σοὶ δοκεῖ,
δρᾶν χρὴ τάδ'. ἀλλὰ κλῖνον εἰς εὐνὴν δέμας,
καὶ μὴ τὸ ταρβοῦν κἀκφοβοῦν σε δεμνίων
ἄγαν ἀποδέχου, μένε δ' ἐπὶ στρωτοῦ λέχους.
κἂν μὴ νοσῇ γάρ, ἀλλὰ δοξάζῃ νοσεῖν,
κάματος βροτοῖσιν ἀπορία τε γίγνεται.

λευ cum gl. Taur. *βάλει*," mendose scriptum videtur. In Ven. a. est *σίτων τ' ὀρέξαι λούτρ' ἐπὶ χροϊ βάλλευ.* Glossa in Guelf. *βάλλευ· Αἰολικὸν βαλοῦ.* Ex his efficitur veram scripturam esse *ἐπιβαλοῦ χροΐ*, quod reposui.

293. Aliquot codd. *προςεδρείᾳ.*

296. Vulgo *κατθανεῖν.* Pro eo ex aliquot codd. restituerunt critici *καὶ θανεῖν.*

301. Aug. d. Vat. 1. *καὶ φοβοῦν*, altera lectione in Aug. d. adscripta. Deinde pro vulgato *σ' ἐκ* Flor. 25. Havn. *σε*, quod recepi.

303. Ald. et aliquot codd. *κἂν μὴ νοσῇς γάρ, ἀλλὰ δοξάζεις νοσεῖν.* Taur. Ven. a. *νοσήσῃς*, quod ex *νοσῇ* et *νοσῇς* coniunctis factum videtur. Multi codd. *δοξάζῃς.* Brunckius ex Par. A. *νόσῃ* et *δοξάζῃ*, quod neque ipse debebat retractare ad Trach. 2. nec retractantem probare Porsonus. Quod scholiastae dicunt, *Καλλίστρατος τὴν ἐκτὸς τοῦ σ γραφὴν διδάσκει*, non videtur sic, ut Matthiae putavit, accipiendum esse, quasi ista coniectura sit Callistrati, sed ostendisse illum genuinam scripturam esse tertiae personae. Debuit enim ex lege tragoediae scena finiri generali sententia. In membro secundario ad pluralem primarii membri *τὶς* intelligi satis notum est. Euripides Suppl. 1111. *οὓς χρῆν, ἐπειδὰν μηδὲν ὠφελῇ πόλιν, θανόντας ἔῤῥειν.* Vide Alcest. 356. Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 105. ad Protag. p. 499. Ne quis autem in sententia haereat, tenendum est hoc dicere Electram: *mane in lecto tranquillus, neque cogita de illis rebus quae te tenent: nam etiam qui non aegrotat, si se putat aegrotare, aeger et miser est.*

ΧΟΡΟΣ.

στροφή.

αἰαῖ,
δρομάδες ὦ πτεροφόροι
ποτνιάδες θεαί,
ἀβάκχευτον αἳ θίασον ἐλάχετ' ἐν
δάκρυσι καὶ γόοις,
μελαγχρῶτες Εὐμενίδες, αἵ τε τὸν
ταναὸν αἰθέρ' ἀμπάλλεσθ', αἵματος
τινύμεναι δίκαν, τινύμεναι φόνον,

---

305. In hoc carmine non ubique exaequati reperiuntur pedes dochmiorum. Ego quidem quo magis scripturas codicum in carminibus melicis poetarum scenicorum noscitavi, eo magis adductus sum ut multo maiorem in hoc genere diligentiam quam putabatur adhibitam esse credam. Nam quin potuerint omnia inter se paria reddere in tanta linguae et copia et flexibilitate, quis dubitet? Quod quum non ubique factum inveniamus, eos versus aut corruptos aut cum certae rationis observatione compositos putari oportebit. Ac videtur illud certe curatum esse, ut qui versus non plane inter se congruerent, tamen colorem fere eundem haberent, cuiusmodi est, quum vel locus solutae longae, ut v. **308. 324.** vel sedes spondei variatur, ut v. **311. 327.** In primo carminis versu Brunckius et Porsonus Heathio auctore ter *αἶ* posuerunt. Hodie constat interiectionem istam *αἰαῖ* esse: quare aut libri sequendi sunt, qui hic istam syllabam bis habent, aut *αἰαῖ αἰαῖ*, in antistrophico versu autem *ἰὼ Ζεῦ, Ζεῦ* scribendum.

307. De his deabus quid Pausanias IX. 8, 1. scripserit, loco lacuna foedato non liquet. Hesychius: *ποτνιάδες, αἱ βάκχαι, ἀντὶ τοῦ μαινάδες, λυσσάδες, μανίας αἴτιαι.* Sic *ποτνιάδες πῶλοι* in Phoen. **1131.** *βάκχαι* in Bacch. **663.** ubi v. Elmsleius.

308. *'Εν* in quibus Mss. deesse dicat Porsonus, non repperisse se dicit Matthiae.

309. Dubitari potest an poeta *θρήνοις* scripserit, quod congruat cum versu antistrophico.

311. Aug. d. *αἰθέρα πάλλεσθ'.* Porsonus ignoratione metri dochmiaci cum Musgravio *ἀμπάλλεθ'.* Ceterorum librorum scriptura *αἰθέρ' ἀμπάλλεσθ'* in Mosc. a. Ven. a. b. unum *λ* habet.

312. Musgravii Ms. B. *φόνου.* Liber P. *φόνων*, cuius scripturae mentio facta in scholiis. Torsit interpellatio verborum scholiastas. Recentiores tacent. Illud certum est, *τινύμεναι* non esse *persolventes.* quia Furiae non necem inferunt, sed *punientes.* Ex quo

καθικετεύομαι, καθικετεύομαι,
τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον ἐάσατ' ἐκ-
λαθέσθαι λύσσας μανιάδος δεινᾶς
φοιταλέου μόχθων, οἴων, ὦ τάλας,
ὀρεχθεὶς ἔῤῥεις,
τρίποδος ἄπο φάτιν, ἂν ὁ Φοῖβος
ἔλακε, δεξάμενος, ἔλακεν ἀνὰ δάπεδον,
ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοί.

ἀντιστροφή.

ὦ Ζεῦ,

---

consequitur *αἵματος δίκαν* dici iudicium interficiendo factum, quo respicitur facinus Orestis, qui necanda matre iudicem et vindicem se praebuerit caedis a Clytaemnestra patratae.

315. Libri: *λύσσας μανιάδος φοιταλέου. φεῦ μόχθων, οἴων ὦ τάλας ὀρεχθεὶς ἔῤῥεις*, nisi quod multi codd. *κακῶν* ante *μόχθων* addunt, Mosc. a. d. Aug. b. c. Havn. autem *ὁ τάλας* habent. Patet haec corrupta esse. Matthiae deceptus opinione, quam Seidlerus ex Aeschyli Prom. 600. conceperat, *φοιταλέου* secunda longa esse putabat. Illum locum emendavi in Opusc. vol. IV. p. 334. Nullum in *αλέος* desinens adiectivum produci *α* patitur. Apparet excidisse disyllabum vocabulum ante *φοιταλέου*, quod necesse est aliud epitheton *λύσσας* fuisse. Itaque quum in antistrophico versu eo loco *δεινῶν* sit, consuetudo tragicorum idem vocabulum eodem stropharum loco iterandi suadebat ut *δεινᾶς* ponerem. *Φεῦ* interpretum est, quum esset post *φοιταλέου* interpunctum.

318. Librorum alii *ἀπόφασιν*, alii *ἀπόφατιν*, unus *ἀπὸ φάτιν*, Aug. d. Havn. recte *ἄπο φάτιν*. Omittit praepositionem Flor. 2. Contra *ὁ Φοῖβος* omissum in Flor. 33. Ven. a. Versus est ex antispasto et dipodia iambica hypercatalecta, quod genus metri non rarum est in tragoedia.

319. Duos dochmios praebent libri fere omnes: *ἔλακεν, ἔλακε δεξάμενος ἀνὰ δάπεδον*, pariterque in antistropha, sed numeri ratione diversos: *ἕτερον ἢ τὸν ἀπὸ θεογόνων γάμων*. Omittunt *ἔλακεν* pauci codices, qua in scriptura quum *ἔλακε δεξάμενος* exacte congruat cum *ἕτερον ἢ τὸν ἀπό*, transponendum fuit *ἔλακεν* post *δεξόμενος*, ita ut non *δεξάμενος ἀνὰ δάπεδον*, sed *ἔλακεν ἀνὰ δάπεδον* iungantur.

320. Libri omnes *μυχοὶ γᾶς*, praeter K. in quo a prima manu omissum est *γᾶς*, quod eiecerunt critici.

321. Libri *ἰὼ Ζεῦ*. Kingius *ὦ Ζεῦ*. Vide ad v. 305.

τίς ἔλεος, τίς ὅδ' ἀγὼν
φόνιος ἔρχεται,
θοάζων σε τὸν μέλεον, ᾧ δάκρυα
δάκρυσι συμβάλλει
πορεύων τις εἰς δόμον ἀλαστόρων
ματέρος αἷμα σᾶς, ὅ σ' ἀναβακχεύει;
κατολοφύρομαι, κατολοφύρομαι.
ὁ μέγας ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς·
ἄνα δὲ λαῖφος ὥς τις ἀκάτου θοᾶς
τινάξας δαίμων κατέκλυσεν δεινῶν
λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασιν
πόνων, ὡς πόντου.
τίνα γὰρ ἔτι πάρος οἶκον ἄλλον
ἕτερον ἢ τὸν ἀπὸ θεογόνων γάμων,

---

325. Porsonus, quod in quibusdam Mss. *συμβάλει* scriptum sit, *συμβαλεῖ*, nihil curans sententiam, dum metrum, quale ipsi videbatur, salvum esset.

326. Libri *εἰς δόμους*, quod ex Triclinii emendatione in *εἰς δόμον* mutatum.

327. Libri: *ματέρος αἷμα σᾶς, ὅ σ' ἀναβακχεύει.* Corrupit versum Porsonus, qui ex Musgravii coniectura *ματρὸς αἷμα σᾶς, ὅ σ' ἀναβακχιοῖ* dedit. Scholiastam metricum ita legisse putabat Matthiae, non sine errore tamen. Is quum scribat: *τὸ ζ' χοριαμβικὸν τρίμετρον καταληκτικὸν ἐκ χοριάμβου, ἐπιτρίτου α', καὶ κρητικοῦ διὰ τὴν ἀδιάφορον. τὸ τῆς ἀντιστροφῆς δὲ κῶλον πεντασύλλαβον ἔχει τὸν ἐπίτριτον·* potius *ὅς σ' ἀναβακχιοῖ* legisse videatur. Si volebant syllabas syllabis exaequare, scribere debebant *ὅς σ' ἐκβακχιοῖ.* Legebant enim quidam, ut ex scholiis cognoscitur, *ὅς σ'.* Sed vide ad v. 305.

331. Libri: *κατέκλυσεν δεινῶν πόνων, ὡς πόντου λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασιν*: qui sunt quidem quattuor dochmii, sed non bene congruentes cum strophicis. At facile apparebit consideranti ab interprete indicatam constructionem verborum fecisse, ut *πόνων ὡς πόντου* ab suo loco in alium transferretur.

335. Satis defendit Dalzelius in Kiddii Miscellaneis p. 200. *ἄλλον ἕτερον*, quorum vocabulorum alii codices prius, alii posterius omittunt. Non est credibile domum Pelopidarum *τὸν ἀπὸ θεογόνων γάμων* dici hac tantum caussa potuisse, quod Tantalus filius Iovis fuerit: immo utrumque parentem ab diis ortum significari necesse est. Videtur ergo Euripides Pelopem ex Dione Atlantis filia natum putasse,

τὸν ἀπὸ Ταντάλου, σέβεσθαί με χρή;

καὶ μὴν βασιλεὺς ὅδε δὴ στείχει,
Μενέλαος ἄναξ, πολλῇ δ' ἐστὶν
τῶν Ταντχλιδῶν ἐξ αἵματος ὢν
ἁβροσύνῃ δῆλος ὁρᾶσθαι.
ὦ χιλιόναυν στρατὸν ὁρμήσας
εἰς γῆν Ἀσίαν,
χαῖρ', εὐτυχίᾳ δ' αὐτὸς ὁμιλεῖς,
θεόθεν πράξας ἅπερ ηὔχου.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ὦ δῶμα, τῇ μέν σ' ἡδέως προσδέρκομαι

---

quam Hyginus eius matrem fuisse scribit fab. 83. Alias nominat scholiastes ad v. 5. et 11.

336. Vulgo *τῶν*, quod Taur. Guelf. Ven. a. etiam in praecedente versu habent. Sed plerique codd. recte *τὸν ἀπὸ Ταντάλου*. Deinde Vict. *σέβεσθαί μ' ἐχρῆν.*

338. Plerique libri et scholiastae: *πολλῇ δ' ἁβροσύνῃ δῆλος ὁρᾶσθαι τῶν Ταντχλιδῶν ἐξ αἵματος ὤν.* Alii undecim vel duodecim codd. *ὁρᾶται.* Dio Chrysostomus or. II. p. 86. ed. Reisk. *τὴν δέ γε τοῦ Μενελάου πολυχρήματον πολύχρυσον αὐλήν, καθάπερ οἶμαι τῶν Ἀσιαγενῶν τινὸς βασιλέων· καὶ γὰρ οὗτος ἦν οὐ μακρὰν τοῦ τε Ταντάλου καὶ Πέλοπος, ὅθεν οἶμαι καὶ τὸν χορὸν Εὐριπίδης εἰς τοῦτο αἰνιττόμενον πεποίηκεν ἐν τῇ προσόδῳ τοῦ βασιλέως· Μενέλαος δὲ πολλῇ ἁβροσύνῃ δῆλος ὁρᾶται τοῦ Ταντχλιδῶν ἐξ αἵματος ὤν,* ubi unus codex *γ'* addit post *πολλῇ*. Nescio an Euripidis verba non a Dione, sed ab lectore aliquo adscripta sint. Videtur *ὁρᾶται* correctio esse propter *δὲ* facta. Solus Paris. B. a prima manu *πολὺ δ' ἁβροσύνῃ*, quem apertum scribae errorem incogitanter a Brunckio et Porsono receptum merito vituperat Matthiae, quod *πολὺ* nec cum *δῆλος* nec cum *ὁρᾶσθαι* coniungi possit, gravem tamen ipse in prosodiae errorem illapsus. Rectissime libri *πολλῇ δ'*. Ad illud enim si attendissent critici, quod paroemiaco finiri debebat systema antequam chorus Menelaum alloqueretur, vidissent hic quoque, ut v. 331. seq. per adscriptos vocabulis indicandae constructionis caussa numeros ordinem verborum esse turbatum, neglecto quod restitui *ἐστίν*.

344. Guelf. Flor. 17. 18. 21. *εἴχου.*

345. 346. Utroque in versu M. Flor. 33. Aug. d. Ven. b. *πῇ.*

Τροίαθεν ἐλθών, τῇ δ' ἰδὼν κατεστένω·
κύκλῳ γὰρ εἱλιχθεῖσαν ἀθλίοις κακοῖς
οὐπώποτ' ἄλλην μᾶλλον εἶδον ἑστίαν.
Ἀγαμέμνονος μὲν γὰρ τύχας ἠπιστάμην
καὶ θάνατον, οἵῳ πρὸς δάμαρτος ὤλετο,
Μαλέᾳ προσίσχων πρῷραν· ἐκ δὲ κυμάτων
ὁ ναυτίλοισι μάντις ἐξήγγειλέ μοι
Νηρέως προφήτης Γλαῦκος, ἀψευδὴς θεός,
ὅς μοι τάδ' εἶπεν ἐμφανῶς παρασταθείς·
Μενέλαε, κεῖται σὸς κασίγνητος θανών,
λουτροῖσιν ἀλόχου περιπεσὼν πανυστάτοις·
δακρύων δ' ἔπλησεν ἐμέ τε καὶ ναύτας ἐμοὺς
πολλῶν. ἐπεὶ δὲ Ναυπλίας ψαύω χθονός,
ἤδη δάμαρτος ἐνθάδ' ἐξορμωμένης,
δοκῶν Ὀρέστην παῖδα τὸν Ἀγαμέμνονος
φίλαισι χερσὶ περιβαλεῖν καὶ μητέρα,
ὡς εὐτυχοῦντας, ἔκλυον ἁλιτύπων τινὸς
τῆς Τυνδαρείας παιδὸς ἀνόσιον φόνον.
καὶ νῦν ὅπου 'στὶν εἴπατ', ὦ νεάνιδες,
Ἀγαμέμνονος παῖς, ὃς τὰ δείν' ἔτλη κακά.
βρέφος γὰρ ἦν τότ' ἐν Κλυταιμνήστρας χεροῖν,

---

347. Flor. 2. Mosc. a. *ἀθλίως*. Sic etiam ex correctione Ven. a. in quo fuerat *ἄθλιος*.

351. Hoc sumptum ex Odyss. IV. 514. seqq. Imperitissimus esset histrio, qui haec sic pronuntiaret, ut *προςίσχων* de Agamemnone, non de se dicere videretur Menelaus.

354. Flor. 10. 21. 34. Taur. *τόδ'*. Flor. 10. 25. 34. Taur. Ven. a. *καταστάθείς*.

357. Vulgo *δακρύων τ'*. Recte plerique libri *δακρύων δ'*.

358. Languidius *πολλῶν* non solum in fine sententiae positum est, sed etiam in alterum versum reiectum. Aptius scripsisset: *πολλῶν δ' ἔπλησεν ἐμέ τε καὶ ναύτας ἐμοὺς δακρύων.* ac nescio an ne sit quidem *πολλῶν* ab Euripide profectum, sed ille sic scripserit: *ἐπεὶ δὲ τῆςδε Ναυπλίας ψαύω χθονός.*

363. Quod in Ven. a. adnotatum *γρ. θυγατρός*, Ald. et octo codd. in textu habent.

ὅτ᾽ ἐξέλειπον μέλαθρον ἐς Τροίαν ἰών,
ὥστ᾽ οὐκ ἂν αὐτὸν γνωρίσαιμ᾽ ἂν εἰσιδών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὅδ᾽ εἰμ᾽ Ὀρέστης, Μενέλεως, ὃν ἱστορεῖς.
ἑκὼν ἐγώ σοι τἀμὰ σημανῶ κακά.
τῶν σῶν δὲ γονάτων πρωτόλεια θιγγάνω
ἱκέτης, ἀφύλλου στόματος ἐξάπτων λιτάς·
σῶσόν μ᾽· ἀφῖξαι δ᾽ αὐτὸν ἐς καιρὸν κακῶν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὦ θεοί, τί λεύσσω; τίνα δέδορκα νερτέρων;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εὖ γ᾽ εἶπας· οὐ γὰρ ζῶ κακοῖς, φάος δ᾽ ὁρῶ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὡς ἠγρίωσαι πλόκαμον αὐχμηρόν, τάλας,

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐχ ἡ πρόσοψίς μ᾽, ἀλλὰ τἄργ᾽ αἰκίζεται.

---

370. Porsonus quod in aliquot codd. est *μηνύσω*, quia singnificet *ego me ipsum deferam*, multo aptius iudicavit vulgato atque in optimis libris scripto *σημανῶ*. Matthiae nihil interesse putans recte sensisse mihi quidem videretur, nisi hic ob eam ipsam rationem, quam Porsonus attulit, praeferendum censerem *σημανῶ*, ut vitaretur verbum forense.

373. Libri, quod etiam in scholiis ad v. 370. legitur, *ἀφῖξαι δ᾽ αὐτὸς εἰς καιρὸν κακῶν*. Quum non appareat, quid *αὐτὸς* hic sibi velit, ex Schaeferi coniectura *αὐτὸν* scripsi. Ac scholiastes ad v. 370. *ἤτοι εἰς αὐτὴν τὴν ἀκμὴν τῶν κακῶν*, recte ille etiam *καιρὸν κακῶν* coniungens. Impedita est enim oratio in interpunctione a Brunckio ex A. recepta: *σῶσόν μ᾽, ἀφῖξαι δ᾽ αὐτὸς εἰς καιρόν, κακῶν.*

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

δεινόν τε λεύσσεις ὀμμάτων ξηραῖς κόραις.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ σῶμα φροῦδον· τὸ δ' ὄνομ' οὐ λέλοιπέ με.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὦ παράλογόν μοι σὴ φανεῖσ' ἀμορφία.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὅδ' εἰμὶ μητρὸς τῆς ταλαιπώρου φονεύς.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἤκουσα· φείδου δ' ὀλιγάκις λέγειν κακά.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φειδόμεθ'· ὁ δαίμων δ' εἴς με πλούσιος κακῶν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

τί χρῆμα πάσχεις; τίς σ' ἀπόλλυσιν νόσος;

---

378. Vulgo *δεινὸν δέ.* Recte Flor. 2. *δεινόν τε.* Sententia Homerica est Odyss. XIX. 311. *ὀφθαλμοὶ δ' ὡςεὶ κέρα ἕστασαν ἠὲ σίδηρος ἀτρέμας ἐν βλεφάροισι.*

379. Ven. a. b. cum Ald. *μοι.* Plerique codd. *με.*

380. Flor. 10. *σῇ φανεὶς ἀμορφίᾳ.*

382. Hoc saepius memoratum Eustathio *φείδου δ' ὀλιγάκις λέγειν* idem esse patet quod *φείδου μὴ πολλάκις λέγειν.* Eodem modo v. 1152. dictum est *πλησίον κινδύνων.*

383. Libri *εἰς ἐμέ.* Porsonus cum Barnesio *ἐς ἐμέ.* Elmsleius quum ad Iphig. T. 64. *εἴς με* scribendum monuit, non erat, ut Matthiae putabat, immemor praecepti grammaticorum. Vide v. 722.

384. Clemens Alex. Strom. VII. p. 844. *Ὀρέστα, τίς σ' ἀπόλλυσιν νόσος;* Stobaeus XXIV. 5. *Ὀρέστα τλῆμον, τίς σ' ἀπόλλυσιν νόσος;* An igitur, inquit Porsonus, Clemens et Stobaeus vitio memoriae citavere? an veram lectionem conservavere? an excidit quiddam e vulgatis? Difficilius ad dicendum est quomodo haec quaeri,

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δείν' εἰργασμένος.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

πῶς φής; σοφόν τοι τὸ σαφές, οὐ τὸ μὴ σαφές.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μάλιστα· λύπη ἔσθ' ἡ διαφθείρουσά με·

---

quam quid ad ea responderi possit. Nam nomine appellari Orestem hic ineptum esset, quia, si Ὀρέστα τλῆμον diceretur, prorsus inutile nomen langueret, sin autem Ὀρέστα sine adiectivo, id aut repentinae admirationis aut increpationis speciem haberet. Apud Stobaeum saepius initia dictorum mutata sunt, et hic quidem, ut lector, cognito de quo sermo esset, rectius vim sententiae perciperet. Eadem caussa etiam Clemens nomen posuit.

385. Porsonus ἡ ξύνεσις ex Eustathio p. **22**, **4**. quod non bene convenit cum σύνοιδα. Scripsit ita apud Clementem etiam Klotzius. Sed Stobaeus et Plutarchus de tranquillitate animi p. **476**. F. cum libris Euripidis ἡ σύνεσις.

386. Scholiastes: πῶς λέγεις; σοφόν, ἤτοι συνετὸν καὶ φρόνιμον τὸ σαφὲς καὶ εὔγνωστον, οὐ τὸ ἀσαφὲς καὶ τὸ ἄγνωστον. τοῦτο ἔμφασιν ἔχει ὅτι μόνον τὸ σύνεσις ἤκουσε Μενέλαος καὶ οὐ τὸ ὅτι σύνοιδα· τοῦτο γὰρ σαφέστατόν ἐστι, τὸ δὲ σύνεσις μόνον ἔχει τὴν ἀσάφειαν. Et alius: διὰ τὸ μὴ πρὸς ἔπος ποιήσασθαι τὴν ἀπόκρισιν, τούτου ἕνεκα λέγει αὐτὸν ἀσαφῶς εἰρηκέναι, ἐπεὶ αὐτὸς μὲν τὴν ἰδέαν ἐπίθετο τῆς νόσου, ὃ δὲ τὸ συνειδὸς ἔφη· τοῦτο δὲ οὐ πάντως νόσος· τούτου χάριν φησὶν ἀσαφῶς εἰρηκέναι. τίς οὖν ἡ ἀπὸ τῆς συνειδήσεως νόσος; ἡ λύπη, ὡς ἑξῆς λέγει, ὅτι σύνοιδα δεινὰ εἰργασμένος. μετὰ γὰρ τὴν μανίαν ἡ ἔννοια τῶν κακῶν αὐτὸν ἐδάμαζεν. Recte hic alter scholiastes.

387. Vulgo: λύπη μάλιστά γ' ἡ διαφθείρουσά με, nisi quod Flor. **21**. γὰρ post λύπη inserit, Flor. **34**. autem διαφθείρασα, **33**. φθείρουσα habet. Edd. Brub. Hervagianae aliaeque veteres μάλιστα δ'. Canterus coniiciebat non male, λύπη μάλιστ' ἔσθ' ἡ διαφθείρουσά με. Ac scholiastes: λύπη μάλιστά ἐστιν ἡ διαφθείρουσά με. Cur vero μάλιστα? Nam praeter moerorem et insaniam nihil est, quod aegrum reddiderit Orestem. Itaque satius erat dici λύπη γάρ ἐστιν ἡ διαφθείρουσά με. Μάλιστά γε in respondendo usurpatur, *sane* significans, ut in Sophoclis Oed. R. **994**. Trach. **669**. et μάλιστα in Oed. R. **1044**. Id igitur quum non sine caussa in li-

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

δεινὴ γὰρ ἡ θεός, ἀλλ' ὅμως ἰάσιμος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μανίαι τε, μητρὸς αἵματος τιμωρίαι.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἤρξω δὲ λύσσης πότε; τίς ἡμέρα τότ' ἦν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἐν ᾗ τάλαιναν μητέρ' ἐξώγκουν τάφῳ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

πότερα κατ' οἴκους, ἢ προσεδρεύων πυρᾷ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

νυκτὸς φυλάσσων ὀστέων ἀναίρεσιν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

παρῆν τις ἄλλος, ὃς σὸν ὤρθευεν δέμας;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδης, ὁ συνδρῶν αἷμα καὶ μητρὸς φόνον.

---

bros venisse videatur, loco suo restituendum est. Nam ad illud Menelai, *σοφόν τοι τὸ σαφές, οὐ τὸ μὴ σαφές*, respondet Orestes *μάλιστα;* ad *πῶς φῄς* autem, *λύπη* *ὅσθ' ἡ διαφθείρουσά με.*

389. Vulgo: *μητρός θ' αἵματος τιμωρίαι.* Delevit *θ'* ex coniectura Brunckius, quam confirmarunt Flor. 2. 25. 33. et scholiastes ad v. 386.

391. Scholiastes: *ἐν ᾗ, ἡμέρᾳ δηλονότι, ἐξώγκουν τὴν τάλαιναν μητέρα τάφῳ, ἀντιστρόφως ἀντὶ τοῦ ἐν ᾗ ἐξώγκουν τὸν τάφον τῆς ταλαίνης μητρός.* Inde Ms. Cant. *ἐν ᾗ ταλαίνης μητρὸς ἐξώγκουν τάφον.*

392. Aliquot codd. *πότερον.* Flor. 2. *τάφῳ* pro *πυρᾷ.*

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἐκ φασμάτων δὲ τάδε νοσεῖς ποίων ὕπο;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔδοξ' ἰδεῖν τρεῖς νυκτὶ προσφερεῖς κόρας.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οἶδ' ἃς ἔλεξας, ὀνομάσαι δ' οὐ βούλομαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σεμναὶ γάρ· εὐπαίδευτα δ' ἀποτρέπει λέγειν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

αὗταί σε βακχεύουσι συγγενεῖ φόνῳ;

---

396. Ald. Flor. 2. 25. Mosc. a. Ven. a. b. *ἐκ φασμάτων*, quae voces in Flor. 33. in unam coniunctae sunt. Pro iis Mosc. d. Guelf. H. L. Flor. 6. 9. 10. 17. 18. 21. 33. Aug. b. c. *φαντασμάτων*, quod cum Kingio et Brunckio recepit Porsonus. Fortasse id legit etiam scholiastes, qui nihil de duplici praepositione adnotavit. Sed tamen alterum nec falsum et exquisitius videtur. Comparatur cum eo hoc Sophoclis in Trach. 1160. *πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο.* Quod ut neget dici potuisse Wunderus in Emendationibus Trachiniarum p. 29. hoc captioso utitur argumento, quod numquam dictum fuerit *ὑπὸ οὐδενὸς πρὸς τῶν ζώντων ἔθανον.* Sunt enim haec diversissima. Nam ubi, ut in hoc quod finxit exemplo, aliquid praecedit, quod amplius definiri non potest, absurda est adiecta nihil definiens definitio: contra recte accedit definitio, ubi capax definitionis est, quod praecedit, ut in versu Sophoclis. Eadem ratione *οὐκ ἔστιν οὐδέν* dicitur negatione amplius definita, non autem *οὐδὲν οὐκ ἔστι*, in quo altera negatio alteram tollit. Sic apud Euripidem absurdum esset *ἐκ ποίων νοσεῖς ὑπὸ φασμάτων*, nisi ad *ποίων* aliud nomen quam *φασμάτων* intelligeretur; non absurdum autem *ἐκ φασμάτων ποίων ὕπο νοσεῖς;* nam hoc has duas quaestiones continet: *ex simulacris aegrotas? ex qualibus?* ut dici potuerit *ἐκ φασμάτων δὲ νοσῶν, ποίων ὕπο νοσεῖς;*

399. Vulgo: *ἀπαίδευτα δ' ἀποτρέπου λέγειν.* Aug. c. *ἀπαίδευτ'* sine *δ'*. Porsonus cum Brunckio ex Musgravii emendatione: *εὐπαίδευτα δ' ἀποτρέπει λέγειν.* Atque *εὐπαίδευτα* est in Mosc. d. Flor. 6. 18. Taur. et a prima manu in Guelf. *Ἀποτρέπει* autem

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἴμοι διωγμῶν, οἷς ἐλαύνομαι τάλας.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν ἀναφορὰ τῆς ξυμφορᾶς

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

μὴ θάνατον εἴπῃς· τοῦτο μὲν γὰρ οὐ σοφόν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Φοῖβος, κελεύσας μητρὸς ἐκπρᾶξαι φόνον.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἀμαθέστερός γ' ὢν τοῦ καλοῦ καὶ τῆς δίκης.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δουλεύομεν θεοῖς, ὅ, τι ποτ' εἰσὶν οἱ θεοί.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

κᾆτ' οὐκ ἀμύνει Λοξίας τοῖς σοῖς κακοῖς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μέλλει· τὸ θεῖον δ' ἐστὶ τοιοῦτον φύσει.

---

scholiastarum unus legit: ceteri *ἀποτρέπου* imperativum, quem videntur posuisse qui *ἀπαίδευτα* scriptum inveniebant. Non male legeretur *ἀπετρέπου*.

401. Vulgo *οἷς γ'*. Recte *γ'* omissum in plerisque codd.

404. Inepte scholiastae mortem patris dici putant. Recte vidit Heathius Orestis mortem significari. *Ne mortem dixeris, ad quam mala tua referas*, h. e. a qua liberationem a malis exspectes.

407. Plerique libri *ὅ τι ποτ' εἰσὶ θεοί*. Articulum addunt Mosc. a. Flor. 33. Aug. c.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

πόσον χρόνον δὲ μητρὸς οἴχονται πνοαί;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἕκτον τόδ' ἦμαρ· ἔτι πυρὰ θερμὴ τάφου.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὡς ταχὺ μετῆλθόν σ' αἷμα μητέρος θεαί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐ σοφός, ἀληθὴς δ' εἰς φίλους ἔφυν φίλος.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

πατρὸς δὲ δή τί σ' ὠφελεῖ τιμωρία;

---

412. Scholiastes ad v. 408. *καὶ εἶτα οὐ βοηθεῖ ὁ Ἀπόλλων τοῖς σοῖς κακοῖς; πανοῦργος πᾶσα ἡ ἐρώτησις. ὃ μὲν γάρ φησιν, ὁ Ἀπόλλων μοι ἐκέλευσεν ἀνελεῖν τὴν μητέρα· ὃ δὲ ἀντεπάγει, καὶ πῶς ὁ κελεύσας ἀνελεῖν τὴν μητέρα οὐκ ἐλεεῖ σε μαινόμενον; τοῦ δὲ εἰπόντος ὅτι μελλητικόν ἐστι τὸ θεῖον, πάλιν ὁ Μενέλαος φησί, πῶς οὖν αἱ Ἐρινύες ταχέως μετῆλθον; οὐκ εἰσὶ καὶ αὗται θεαί; ἐλέγχει δὲ αὐτὸν ὡς ψευδόμενον.* Ne quis putet scholiastam *πῶς ταχὺ μετῆλθόν σε* legisse, versumque hunc collocatum invenisse post v. 409. tenendum est eum quod inter hos versus positum est distichon praeterire, ut ostendat qua ratione refellat Menelaus Orestem. Id patet ex alio ad v. 410. scholio, cuius eadem sententia est. Recte quidem et apte scriberetur *πῶς ταχὺ μετῆλθόν σε*, sed quum et hic alter scholiastes et libri omnes *ὡς* teneant, est illud servandnm, sic quidem nt *quam* significet, verbaque cum quadam ironia pronnntientur, quae admoneat Orestem haud ita tardos esse deos.

413. Vulgo: *οὐ σοφός, ἀληθὴς δ' εἰς φίλους ἔφυς κακός.* Multi codices *εἰπὼν κακῶς,* qnam interpretationem esse ex ineptis explicationibus scholiastarum colligi potest. Invectum veteris cuiusdam scribae oscitantia errorem recte sustulit Brunckius, *ἔφυν φίλος* reponens. Defendens se Orestes dicit, non perscrutari se caussas, cur tardi vel citi sint dii, sed verum amicis amicum esse. Sic in Suppl. 867. *φίλοις τ' ἀληθὴς ἦν φίλος παροῦσί τε καὶ μὴ παροῦσιν.* Et Sophocles Antig. 98. *τοῦτο δ' ἴσθ' ὅτι ἄνους μὲν ἔρχει, τοῖς φίλοις δ' ὀρθῶς φίλη.*

414. Flor. 25. *δὲ* omittit, ut *δὴ* Mosc. d. Ven. b. et utramque

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὔπω· τὸ μέλλον δ' ἴσον ἀπραξίᾳ λέγω.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

τὰ πρὸς πόλιν δὲ πῶς ἔχεις, δράσας τάδε;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μισούμεθ' οὕτως ὥςτε μὴ προςεννέπειν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὐδ' ἥγνισαι σὸν αἷμα κατὰ νόμους χεροῖν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἐκκλείομαι γὰρ δωμάτων, ὅπη μόλω.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

τίνες πολιτῶν ἐξαμιλλῶνταί σε γῆς;

---

particulam Mosc. a. Deinde Ven a. *τίς σ'*. Scholiastarum unus: *τῆς ἀναιρέσεως τοῦ πατρὸς τιμωρίαν σοῦ λαμβάνοντος τὸ φονεῦσαι τὴν μητέρα, τίς δύναται συνάρασθαί σοι πρὸς τὸ μηδὲν παθεῖν ὡς φονέα;* ex quibus suspicari quis poterit fuisse qui legerent, *πατρὸς δὲ δή τίς σ' ὠφελεῖ τιμωρία;* Alia vero in scholiis haec adnotatio est: *τὸ δὲ τίς ἄμεινον βαρύνειν δή τις*, quod credo scriptum fuisse *τι* et *δή τι*. Quaerit enim Menelaus, numquid ergo profuerit vindicta patris.

415. Aberravit ab horum verborum sententia is scholiastes, qui scripsit: *ἢ οὕτως· οὐ προέστη σοι ὁ πατὴρ ὥςτε ἀποσοβῆσαι τὰς Ἐρινύας;* Non enim patri tarditatem Orestes exprobrat, sed Apollini, respiciens ad ea quae supra dixerat. Ceterum non hunc versum, ut Matthiae ait, sed v. **409.** Plutarchus de sera numinis vindicta p. **548.** D. affert.

418. Pauci codd. *κατὰ νόμον*.

419. Edd. vett. *ἐκβάλλομαι* et *ὅποι*. Codd. *ἐκκλείομαι* et *ὅποι*. *Ὅποι*, nihil referre ratus, servavit Porsonus. Vide quae dixi ad Herc. f. **1236.**

420. Non male Flor. **33.** *τίνες πολιτῶν δ'*.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οἴαξ, τὸ Τροίας μῖσος ἀναφέρων πατρί.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ξυνῆκα· Παλαμήδους σε τιμωρεῖ φόνος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὗ γ' οὐ μετῆν μοι· διὰ τριῶν δ' ἀπόλλυμαι.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

τίς δ' ἄλλος; ἦπου τῶν ἀπ' Αἰγίσθου φίλων;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὗτοί μ' ὑβρίζουσ', ὧν πόλις τὰ νῦν κλύει.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἀγαμέμνονος δὲ σκῆπτρ' ἐᾷ σ' ἔχειν πόλις;

---

421. Non opus erat ut Musgravius τὸ Τροίᾳ μῖσος scribendum censeret. Quod et libri omnes et scholiastae habent τὸ Τροίας μῖσος, Porsonus odium interpretatur quod propter Troiam natum sit: poterat brevius et aptius Troicum odium.

422. Ald. et codd. quidam, in quibus Ven. a. b. φόνου, unus φόνον, plerique cum scholiasta φόνος.

423. Ald. οὔκουν. Aliquot codd. οὗ γ' οὐ. Mira narrat scholiastes ad διὰ τριῶν: πρῶτον τῶν πολιτῶν, δεύτερον τοῦ Οἴακος. διὸ ἐπάγει τίς δ' ἄλλος; ἵνα πληρώσῃ τοὺς τρεῖς. τινές φασι τριῶν τῶν Ἐριννύων· προεῖπε γὰρ ἔδοξ' ἰδεῖν τρεῖς νυκτὶ προσφερεῖς κόρας. τινὲς δέ φασι τῆς συνέσεως, τῆς λύπης, καὶ τῆς μανίας. ἐν δὲ τοῖς Καλλιστράτου γέγραπται· ἐπιζητήσειεν ἄν τις πῶς διὰ τριῶν εἰρήκει, εἰ μὴ διὰ τὸ τὸν Ἀγαμέμνονα καὶ Ὀδυσσέα καὶ Διομήδη φάναι μετασχεῖν τοῦ φόνου Παλαμήδους. Pelus etiam alius: ἀντὶ τοῦ διὰ πολλῶν. ἄλλως γὰρ νοεῖσθαι οὐ δύναται. Quod dicit Orestes διὰ τριῶν δ' ἀπόλλυμαι, ut sit, quemadmodum Brunckio videbatur, idem quod παντελῶς, metaphora a τριαγμῷ ducta, tamen proprie dictum esse ostendit quod respondet Menelaus. Respicit Orestes triplicis caedis in se expetentem vindictam, Palamedis, Clytaemnestrae, Aegisthi. Hic est ille τριαγμός, quo se plane prostratum significat.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πῶς, οἵτινες ζῆν οὐκ ἐῶσ' ἡμᾶς ἔτι;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

τί δρῶντες; ἤ τι σαφὲς ἔχεις εἰπεῖν ἐμοί;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ψῆφος καθ' ἡμῶν οἴσεται τῇδ' ἡμέρᾳ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

φεύγειν πόλιν τήνδ', ἢ θανεῖν ἢ μὴ θανεῖν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

θανεῖν ὑπ' ἀστῶν λευσίμῳ πετρώματι.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

κᾆτ' οὐχὶ φεύγεις, γῆς ὑπερβαλὼν ὅρους;

---

428. Ex aliquot codd. scribebatur: *τί δρῶντες, ὅ τι καὶ σαφὲς ἔχεις εἰπεῖν ἐμοί.* Sed Ald. Ven. a. b. et quinque alii codices: *ὅ τι καὶ σαφὲς εἰπεῖν ἔχεις.* Aug. b. *ὅ τι δὲ σαφὲς ἔχεις εἰπεῖν μοι.* In vulgata scriptura requiri mihi videtur *ἔχοις.* Scholiastes: *εἰπέ μοι σαφῶς ὃ ἔχεις εἰπεῖν, τί δρῶντες οὐκ ἐῶσί σε ζῆν. οὐ γάρ ἐστιν αἰτιῶδες τὸ ὅτι, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ τί Ἀττικῶς.* Eadem iterat alius. Tum haec legimus: *ἐὰν γράφηται ἤ τί, ὁ στίχος οὕτως· τί δρῶντες ἤ τί καὶ σαφὲς εἰπεῖν ἔχεις.* Scripserat ille *σαφῶς.* Boissonadus dedit: *τί δρῶντες, εἴ τι σαφὲς ἔχεις εἰπεῖν ἐμοί.* Praeivit *εἴ τι* e cod. Leid. Lentingius. Patet non uno modo haec scribi posse: sed *ὅ τι* scriptum videtur, quum *καὶ* illatum esset in versum. Quo eiecto, *ἤ τι* reposui.

430. Libri in iisque Ven. b. *φεύγειν,* quod non erat cur Porsonus in *φυγεῖν* mutaret. Notanda duo *ἢ* non ad se invicem relata, cuiusmodi exempla attulit Funkhaenelius in Quaest. Demosth. pag. 53. seq. nisi aliud quid scripsit Euripides. Nam valde inutile est illud *ἢ μὴ θανεῖν,* quod si scripsit, intelligendum est, ut scholiastes interpretatur: *ἢ θανεῖν, ἢ μὴ θανεῖν, ἀλλ' ἑτέρως κολασθῆναι δηλονότι.*

432. Brunckius ex Par. A. *ὑπερβάλλων.* Mosc. a. *ὑπερβάλων.* Ceteri libri *ὑπερβαλών.* Argute Matthiae probavit *ὑπερβάλλων,* quia quis, ut ait, non prius *ὑπερβάλλει γῆς ὅρους* et deinde

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κύκλῳ γὰρ εἱλισσόμεθα παγχάλκοις ὅπλοις.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἰδίᾳ πρὸς ἐχθρῶν, ἢ πρὸς Ἀργείας χερός;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πάντων πρὸς ἀστῶν, ὡς θάνω· βραχὺς λόγος.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὦ μέλεος, ἥκεις ξυμφορᾶς πρὸς τοὔσχατον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἰς σ᾽ ἐλπὶς ἥ ᾽μὴ καταφυγὰς ἔχει κακῶν.
ἀλλ᾽ ἀθλίως πράσσουσιν εὐτυχὴς μολὼν
μετάδος φίλοισι σοῖσι σῆς εὐπραξίας,
καὶ μὴ μόνος τὸ χρηστὸν ἀπολαβὼν ἔχε,
ἀλλ᾽ ἀντιλάζου καὶ πόνων ἐν τῷ μέρει,
χάριτας πατρῴας ἐκτίνων εἰς οὕς σε δεῖ.
ὄνομα γάρ, ἔργον δ᾽ οὐκ ἔχουσιν οἱ φίλοι
οἱ μὴ ᾽πὶ καὶ ταῖς συμφοραῖς ὄντες φίλοι.

φεύγει, sed qui *φεύγει*, eodem tempore *ὑπερβάλλει γῆς ὅρους*, non cogitans, si *ὑπερβαλὼν* legitur, hoc dici: *cur non exsulas, superatis finibus?*

434. Ald. et quidam alii libri *πρὸς Ἀργείας χθονός.* Plerique codd. *χερός.*

436. Ald. et pauci, ut videtur, codd. *εἰς τοὔσχατον.* Plerique *πρός τοὔσχατον.*

440. Speciosum est, quod ex tribus codd. dedit Boissonadus *μόνον.* Sic certe Taur. Aug. b. Scholiastes cum ceteris libris *μόνος*, quod intelliget recte se habere, qui cogitaverit in sequentibus hanc latere sententiam: *ἀλλὰ χαρίζου οἷς σε δεῖ, μετέχων καὶ τῶν πόνων.*

444. Legebatur: *οἱ μὴ ᾽πὶ ταῖσι συμφοραῖς ὄντες φίλοι.* Codd. fere omnes *ταῖς.* Quare *καὶ* inserui.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν γέροντι δεῦρ' ἁμιλλᾶται ποδὶ
ὁ Σπαρτιάτης Τυνδάρεως, μελάμπεπλος
κουρᾷ τε θυγατρὸς πενθίμῳ κεκαρμένος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀπωλόμην, Μενέλαε· Τυνδάρεως ὅδε
στείχει πρὸς ἡμᾶς, οὗ μάλιστ' αἰδώς μ' ἔχει
εἰς ὄμματ' ἐλθεῖν τοῖσιν ἐξειργασμένοις.
καὶ γάρ μ' ἔθρεψε μικρὸν ὄντα, πολλὰ δὲ
φιλήματ' ἐξέπλησε, τὸν Ἀγαμέμνονος
παῖδ' ἀγκάλαισι περιφέρων, Λήδα θ' ἅμα,
τιμῶντέ μ' οὐδὲν ἧσσον ἢ Διοςκόρω·
οἷς, ὦ τάλαινα καρδία ψυχή τ' ἐμή,
ἀπέδωκ' ἀμοιβὰς οὐ καλάς. τίνα σκότον
λάβω προςώπῳ; ποῖον ἐπίπροσθεν νέφος
θῶμαι, γέροντος ὀμμάτων φεύγων κόρας;

ΤΥΝΔΑΡΕΩΣ.

Ποῦ, ποῦ θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ἴδω πόσιν,
Μενέλαον; ἐπὶ γὰρ τῷ Κλυταιμνήστρας τάφῳ
χοὰς χεόμενος ἔκλυον ὡς εἰς Ναυπλίαν
ἥκοι σὺν ἀλόχῳ πολυετὴς σεσωσμένος.
ἄγετέ με· πρὸς γὰρ δεξιὰν αὐτοῦ θέλω
στὰς ἀσπάσασθαι, χρόνιον εἰςιδὼν φίλον.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὦ πρέσβυ, χαῖρε, Ζηνὸς ὁμόλεκτρον κάρα.

---

450. Multi codd. *τοῖσιν ἡμαρτημένοις*.
457. Seidlerus ad Electr. 541. scribendum putabat *βάλω*, contra quem vulgatam defendit Matthiae.
459. Flor. 33. *ποῦ τῆς θυγατρός*.
462. Ald. et pauci codd. *ἥκει*.
465. Libri: *ὦ πρέσβυ χαῖρε*. Porsonus, quod Tyndarus re-

ΤΥΝΔΑΡΕΩΣ.

ὦ χαῖρε καὶ σύ, Μενέλεως, κήδευμ' ἐμόν.
ἔα· τὸ μέλλον ὡς κακὸν τὸ μὴ εἰδέναι.
ὁ μητροφόντης ὅδε πρὸ δωμάτων δράκων
στίλβει νοσώδεις ἀστραπάς, στύγημ' ἐμόν.
Μενέλαε, προςφθέγγει νιν, ἀνόσιον κάρα;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

τί γάρ; φίλου μοι πατρός ἐστιν ἔκγονος.

ΤΥΝΔΑΡΕΩΣ.

κείνου γὰρ ὅδε πέφυκε, τοιοῦτος γέγως;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

πέφυκεν· εἰ δὲ δυστυχεῖ, τιμητέος.

ΤΥΝΔΑΡΕΩΣ.

βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἑλληνικόν τοι τὸν ὁμόθεν τιμᾶν ἀεί.

ΤΥΝΔΑΡΕΩΣ.

καὶ τῶν νόμων γε μὴ πρότερον εἶναι θέλειν.

---

spondeat *ὦ χαῖρε καὶ σύ*, scripsit *ὦ χαῖρε πρέσβυ*. Hoc si in libris legeretur, laudarem si quod nunc libri habent reposuisset. Notavi parem Bentleii in Terentio errorem in Opusc. vol. II. p. 283. seqq.

469. *Ἀστραπαὶ* de fulgore oculorum dictae. Draconem vocat, quod serpentes quum nascuntur rupto corpore matrem necent.

470. Scholiastes aliam lectionem, *ἀκάθαρτον κάρα*, memorat, quae quod et numeris deterior est, et ambiguitatem habet, quasi nondum expiatum significans, nihil putanda est nisi interpretis alicuius adnotatio esse.

474. In Ven. a. ad *ἐν βαρβάροις* adnotatum *γρ. ἀφ' Ἑλλάδος*.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

πᾶν τοὐξ ἀνάγκης δοῦλόν ἐστ᾽ ἐν τοῖς σοφοῖς.

ΤΥΝΔΑΡΕΩΣ.

κέκτησό νυν σὺ τοῦτ᾽, ἐγὼ δ᾽ οὐ κτήσομαι.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὀργὴ γὰρ ἅμα σου καὶ τὸ γῆρας οὐ σοφόν.

ΤΥΝΔΑΡΕΩΣ.

πρὸς τόνδε σοφίας τις ἂν ἀγὼν ἥκοι πέρι;
εἰ τὰ καλὰ πᾶσι φανερὰ καὶ τὰ μὴ καλά,
τούτου τίς ἀνδρῶν ἐγένετ᾽ ἀσυνετώτερος,
ὅςτις τὸ μὲν δίκαιον οὐκ ἐσκέψατο,
οὐδ᾽ ἦλθεν ἐπὶ τὸν κοινὸν Ἑλλήνων νόμον;
ἐπεὶ γὰρ ἐξέπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον,
πληγεὶς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ὕπαι κάρα,
αἴσχιστον ἔργον, οὐ γὰρ αἰνέσω ποτέ,
χρῆν αὐτὸν ἐπιθεῖναι μὲν αἵματος δίκην
ὁσίαν διώκοντ᾽, ἐκβαλεῖν τε δωμάτων
μητέρα· τὸ σῶφρόν τ᾽ ἔλαβεν ἂν τῆς συμφορᾶς,

---

480. Libri plerique: πρὸς τόνδ᾽ ἀγὼν τίς σοφίας ἥκει πέρι; In Mosc. d. ἂν ante σοφίας fuit, quod erasum est. Ang. d. κεῖται, adscripto γρ. ἥκει. Havn. ἥκει, adscripto κεῖται. Emendavit versum Porsonus.

486. Vulgo: πληγεὶς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ὑπὲρ κάρα. Ven. a. cum multis aliis codd. τῆς ἐμῆς θυγατρός. Non tam πληγεὶς cum genitivo, quam ὑπὲρ κάρα offensui est, ad quod defendendum si quis adhibere voluerit illa apud Aeschylum Choeph. 424. ἐπασσυτεροτριβῆ χερὸς ὀρέγματα ἄνωθεν ἀνέκαθεν, meminerit velim aliud esse, quum describitur factum, aliud quum praetereundo commemoratur. Hinc ὕπαι reposui. Poterat etiam scribere: κάρα θυγατρὸς τῆς ἐμῆς πληγεὶς ὕπο.

489. Ms. Sangermanense διώκειν τ᾽.

490. Vulgo: τὸ σῶφρόν τ᾽ ἔλαβεν ἂν τῆς συμφορᾶς. Ang. d. Cant. ἀντὶ pro ἂν τῆς. In Flor. 2. ἀντὶ in ἂν τῆς mutatum. M.

καὶ τοῦ νόμου τ' ἂν εἴχετ' εὐσεβής τ' ἂν ἦν.
νῦν δ' εἰς τὸν αὐτὸν δαίμον' ἦλθε μητέρι.
κακὴν γὰρ αὐτὴν ἐνδίκως ἡγούμενος,
αὐτὸς κακίων μητέρ' ἐγένετο κτανών.
ἐρήσομαι δέ, Μενέλεως, τοσόνδε σε·
εἰ τόνδ' ἀποκτείνειεν ὁμόλεκτρος γυνή,
χὠ τοῦδε παῖς αὖ μητέρ' ἀνταποκτενεῖ,
κἄπειθ' ὁ κείνου γενόμενος φόνῳ φόνον
λύσει, πέρας δὴ ποῖ κακῶν προβήσεται;
καλῶς ἔθεντο ταῦτα πατέρες οἱ πάλαι·

ἀντὶ τῆς συμφορᾶς. Porsonus, qui et *ἀντὶ* et *ἀντὶ τῆς* per se probum iudicavit, *τῆς συμφορᾶς* pro *ἀντὶ τῆς συμφορᾶς* videtur dictum putasse. Scholiastes: *τὸ σῶφρόν τ' ἂν ἔλαβε. καὶ σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς ἔμελλε τὰ τῆς συμφορᾶς τιμωρεῖσθαι. ἢ σῶφρον εἶπε τὸ μέτριον, συμφορὰν δὲ τὴν τιμωρίαν, ἣν ἐλάμβανε ζημιώσας αὐτήν. μετριωτέρα γὰρ αὕτη ἡ τιμωρία τοῦ θανάτου.* Sic etiam alius scholiastes intellexit: quod apertum est admitti non posse. Alius autem ad v. 486. *καὶ οὕτως ἄν, φησί, τοῦ κακοῦ τὸ σῶφρον ἐπελέξατο διώκων, καὶ τὴν πρέπουσαν τιμωρίαν ἀπῄτησεν ἂν ἐκβαλὼν τὴν μητέρα καὶ νόμῳ πειθαρχῶν ἐφαίνετο.* Id non magis potest probari. Matthiae parum eleganter coniecit *τὸ σῶφρόν τ' ἂν ἔλαβ' ἀντὶ συμφορᾶς.* Th. Bergkius in Diurnis antiquariis a. 1835. n. 118. p. 947. *ἔλαβ' ἂν ἀντὶ* vel *ἔλαβεν ἀντὶ συμφορᾶς,* quorum prius invenustum est, alterum ferri potest, eoque facilius, quod *ἂν* in sequente versu est. Scholiastas patet *τῆς συμφορᾶς* legisse, quod ego quidem, ut Porsonus, idem significare quod *ἀντὶ τῆς συμφορᾶς* puto. Nam hoc *τῆς συμφορᾶς* non potest aliud quam hunc ipsum miserum statum designare, in quo nunc est Orestes, pro quo ille, si matri non necem intulisset, moderationis laudem esset adeptus. Ne Homerica illa memorem, *χρυσὸν Ἀλεξάνδροιο δεδεγμένος,* et *ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα,* magis convenit illud Aeschyli in Agam. 358. *πολλῶν γὰρ ἐσθλῶν τήνδ' ὄνησιν εἱλόμην.* Ac nescio an huc trahi possit vexatum illud Sophoclis in Trach. 330. *μηδὲ πρὸς κακοῖς τοῖς οὖσι λύπην πρός γ' ἐμοῦ λύπης λάβοι.* Nam quum rogasset Iolen Deianira ut diceret quae esset, illamque audisset obstinatam tacere, recte videtur dicere, nolle se ad captivitatis mala etiam hoc ei accedere, ut pro dolore, in quo sit propter infortunium suum, alium capiat dolorem, si edisserat caussas doloris. Id est enim dolorem cum dolore commutare.

494. Vulgo: *κακίων ἐγένετο μητέρα κτανών.* H. L. Aug. b. Mosc. d. *γένετο.* Emendavit Porsonus.

εἰς ὀμμάτων μὲν ὄψιν οὐκ εἴων περᾶν,
οὐδ᾽ εἰς ἀπάντημ᾽, ὅςτις αἷμ᾽ ἔχων κυροῖ,
φυγαῖσι δ᾽ ὁσιοῦν, ἀνταποκτείνειν δὲ μή.
ἀεὶ γὰρ εἷς ἔμελλ᾽ ἐνέξεσθαι φόνου,
τὸ λοίσθιον μίασμα λαμβάνων χεροῖν.
ἐγὼ δὲ μισῶ μὲν γυναῖκας ἀνοσίους,
πρώτην δὲ θυγατέρ᾽, ἣ πόσιν κατέκτανεν·
Ἑλένην τε τὴν σὴν ἄλοχον οὔποτ᾽ αἰνέσω,
οὐδ᾽ ἂν προςείποιμ᾽· οὐδὲ σὲ ζηλῶ, κακῆς
γυναικὸς ἐλθόνθ᾽ οὕνεκ᾽ ἐς Τροίας πέδον.
ἀμυνῶ δ᾽, ὅσονπερ δυνατός εἰμι, τῷ νόμῳ,
τὸ θηριῶδες τοῦτο καὶ μιαιφόνον
παύων, ὃ καὶ γῆν καὶ πόλεις ὄλλυσ᾽ ἀεί.
ἐπεὶ τίν᾽ εἶχες, ὦ τάλας, ψυχὴν τότε
ὅτ᾽ ἐξέβαλλε μαστὸν ἱκετεύουσά σε
μήτηρ; ἐγὼ μὲν οὐκ ἰδὼν τἀκεῖ κακά,

---

502. Vulgo *κυρεῖ*. N. Flor. 10. 21. Taur. Ven. a. *κυροῖ*, quae vera scriptura videtur. Gravi paralogismo Schaeferus, infelix fere ubi rationalem philologiam attingebat, cave, inquit, probes: lex enim illa in perpetuum valuit, non tantum quo tempore *ἔθεντο ταῦτα πατέρες οἱ πάλαι*.

503. Vulgo *ὡσίουν*. Kingius restituit *ὁσιοῦν*. Deinde pro vulgato *ἀνταποκτεῖναι* recte plerique et optimi codd. *ἀνταποκτείνειν*.

504. Plerique libri *ἔμελλεν ἕξεσθαι*. Sed vetus interpres et Flor. 18. 21. *ἔμελλ᾽ ἐνέξεσθαι*. Pro vulgato *φόνῳ* autem liber P. Paris. A. Flor. 2. 25. 33. Mosc. a. *φόνου*, cui in Flor. 33. superscriptum *ω*. Hoc non spernendum recte iudicavit Matthiae. Non est autem verbum cum genitivo constructum, sed intelligitur *δίκῃ φόνου*. Fortasse sic legit etiam ille scholiastes qui adnotavit: *διόλου γὰρ ὁ ὕστερος ἀπέκειτο ἐνέξεσθαι, ἤγουν ἔνοχος εἶναι τοῦ φονευθῆναι*.

505. Taur. Havn. Ven. a. b. Aug. d. *χερός*.

507. Taur. Aug. d. Havn. *κατέκτεινεν*, ut videantur quidam legisse *ἣ κατέκτεινεν πόσιν*.

508. Vulgo *Ἑλένην δέ*. Par. A. Flor. 10. 33. Aug. d. recte *Ἑλένην τε*.

514. Vict. *ὦ τάλαν*.

515. Conferri potest Aeschylus in Choeph. 896. Fortasse uterque poeta hoc ex aliquo cyclico sumpsit.

δακρύοις γέροντ᾽ ὀφθαλμὸν ἐκτήκω τάλας.
ἓν δ᾽ οὖν λόγοισι τοῖς ἐμοῖς ὁμοῤῥοθεῖ·
μισεῖ σὺ πρὸς θεῶν καὶ τίνεις μητρὸς δίκας,
μανίαις ἀλαίνων καὶ φόβοις. τί μαρτύρων
ἄλλων ἀκούειν δεῖ μ᾽, ἅ γ᾽ εἰςορᾶν πάρα;
ὡς οὖν ἂν εἰδῇς, Μενέλεως, τοῖσιν θεοῖς
μὴ πρᾶσσ᾽ ἐναντί᾽, ὠφελεῖν τοῦτον θέλων·
ἔα δ᾽ ὑπ᾽ ἀστῶν καταφονευθῆναι πέτροις.

---

517. Pro τάλας M. R. γόοις ex Hecubae v. 434.

518. Libri ἓν οὖν. Sensit Schaeferus particulam desiderari, sed non recte coniecit ἓν γ᾽ οὖν. Requirimus hic δ᾽ οὖν.

519. Vulgo μισῇ γε. Porsonus μισεῖ τε. Sed quum μισεῖ πρὸς θεῶν et τίνεις μητρὸς δίκας magis verbis quam re diversa sint, multo potior est scriptura quam N. praebet μισεῖ σύ.

523. Ald. et plerique codd. ac scholiastes Apollonii ad II. 253. μὴ πρᾶσσ᾽ ἐναντί᾽, ὠφελεῖν τοῦτον θέλων. Mosc. a. Aug. d. Havn. ἐναντία τοῦτον. Aliquot alii ὠφελεῖν αὐτόν.

524. Libri: ἔα δ᾽ ὑπ᾽ ἀστῶν καταφονευθῆναι πέτροις, ἢ μὴ ᾽πίβαινε Σπαρτιάτιδος χθονός. Quos versus Brunckius, quia infra v. 612. 613. redeant, ut illinc retractos, eiecit, Porsonus autem utroque loco genuinos putavit, nisi simul duo qui hic praecedunt deleantur: quod ille quomodo dicere potuerit, fateor me non intelligere. Nam quod Tyndarus dicit, ὡς οὖν ἂν εἰδῇς, quum aperte significet *itaque ut scias quid ego sentiam*, satis ea sententia declarabitur his: τοῖς θεοῖς μὴ πρᾶσσ᾽ ἐναντία. Brunckium quidem temere iudicasse ostendit versus 551. ἐφ᾽ οἷς δ᾽ ἀπειλεῖς ὡς πιτρωθῆναί με δεῖ. Quod ne Porsonus quidem, nec magis Schaeferus videtur animadvertisse, qui se plane assentiri Porsono hoc argumento professus est, quod senex Menelaum non potuerit graviore comminatione terrere, quam interdicendo terra Spartana, si Oresten adiuvaret: quam comminationem aptissime summaque ad permovendum vi iisdem verbis geminari. Hoc vero ille iudicavit perversissime. Nam quia ista gravissima est comminatio, adhiberi debuit eo loco, quo res in summum discrimen adducta est, non illo, ubi Menelaus etiam sine illa comminatione videbatur sola ponderatione iustitiae in sententiam concessurus esse Tyndari. Quo loco si eum Tyndarus terrae Spartanae interdictione terret, infra, ubi maxime opus erit argumento cui ille resistere nequeat, nihil habebit quod fortius sit: ita ut, si repetat quae iam dicta erant, parum efficax et inutilis potius atque inepta sit iteratio minarum, quibus prius ille non fuerat permotus. Quod si hic ineptae sunt istae minae, lapidationis autem mentio non potest abesse, apertum est posteriorem horum versuum, quod infra cum priore coniunctus legitur, hic in margine adscriptum esse, atque ita deinde esse textui illatum. Itaque hunc solum delevi.

θυγάτηρ δ' ἐμὴ θανοῦσ' ἔπραξεν ἔνδικα·
ἀλλ' οὐχὶ πρὸς τοῦδ' εἰκὸς ἦν αὐτὴν θανεῖν.
ἐγὼ δὲ τἄλλα μακάριος πέφυκ' ἀνήρ,
πλὴν εἰς θυγατέρας· τοῦτο δ' οὐκ εὐδαιμονῶ.

ΧΟΡΟΣ.

ζηλωτὸς ὅςτις εὐτύχησεν εἰς τέκνα,
καὶ μὴ 'πισήμους ξυμφορὰς ἐκτήσατο.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ γέρον, ἐγώ τοι πρὸς σὲ δειμαίνω λέγειν,
ὅπου γε μέλλω σήν τι λυπήσειν φρένα.
ἐγῷδ'· ἀνόσιός εἰμι, μητέρα κτανών,

---

525. Omittunt δ' Flor. 6. 9. 17. 18. 31. Mosc. d. Aug. b. c.

528. L. πλήν γ'.

529. Vulgo ηὐτύχησεν. Plerique codd. εὐτύχησεν. Ven. a. εὐτύχηκεν, nescio an recte. Apud Stobaeum LXXV. 10. Diogenis nomine adscripto legitur: ζηλωτός, ὅςτις εὐτύχησεν ἐν τέκνοις, καὶ μὴ 'πισήμοις συμφοραῖς ὠδύρετο.

532. Vulgo: ὅπου σε μέλλω σήν τε λυπήσειν φρένα. H. M. R. ὅπου γε. Itaque Musgravius recte iudicavit scribendum esse: ὅπου γε μέλλω σήν τι λυπήσειν φρένα. Porsonus quum vulgatam hoc Sophocleo in Ai. 1147. defendi putaret: οὕτω δὲ καὶ σὲ καὶ τὸ σὸν λάβρον στόμα σμικροῦ νέφους τάχ' ἄν τις ἐκπνεύσας μέγας χειμὼν κατασβέσειε τὴν πολλὴν βοήν, non reputavit hanc ira commoti orationem esse. Vide quae dixi in dissertatione de ellipsi et pleonasmo p. 205. sive in Opusc. vol. I. p. 224. Ea in mente habens Schaeferus, non libero a cupiditate animo aptissime a Porsono citata esse Sophoclis verba dixit, φρένα hic non simpliciter animum, sed pectus commotum et ira tumens interpretans, atque adeo et τι in Musgravii emendatione misere languere, nec γε hoc loco aptum videri fingens. Ad λυπήσειν in Mosc. a. Aug. d. adscriptum γρ. λυπῆσαι, quod nescio an ab Atticistis sit in λυπήσειν mutatum. De aoristi infinitivo cum μέλλειν coniuncto qui dixerint, memoravit Matthiae.

533. Vulgo: ἐγὼ δ' ἀνόσιός εἰμι. In altero Regio ad δ' superscriptum μέν, quo scholiastae in explicandis his verbis utuntur. Aug. c. ἐγὼ μὲν δ'. Guelf. ἐγὼ δ' ἀνόσιος μέν εἰμι. Ut defendi possit ἐγὼ δέ, tamen parum apte posita est particula, quum praecesserit ἐγώ τοι. Scilicet nihil est hoc ἐγὼ δ' quam depravatio genuinae scripturae ἐγῷδ'. Id est enim concedentis. Vulgatam tuenti proderit Med. 526.

ὅσιος δέ γ' ἕτερον ὄνομα, τιμωρῶν πατρί.
ἀπελθέτω δὴ τοῖς λόγοισιν ἐκποδὼν
τὸ γῆρας ἡμῖν τὸ σόν, ὅ μ' ἐκπλήσσει λόγου,
καὶ καθ' ὁδὸν εἶμι· νῦν δὲ σὴν ταρβῶ τρίχα.
τί χρῆν με δρᾶσαι; δύο γὰρ ἀντίθες δυοῖν·
πατὴρ μὲν ἐφύτευσέν με, σὴ δ' ἔτικτε παῖς,
τὸ σπέρμ' ἄρουρ' ὡς παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα·
ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν.
ἐλογισάμην οὖν τῷ γένους ἀρχηγέτῃ
μᾶλλόν μ' ἀμῦναι τῆς ὑποστάσης τροφάς·
ἡ σὴ δὲ θυγάτηρ, μητέρ' αἰδοῦμαι λέγειν,
ἰδίοισιν ὑμεναίοισι κοὐχὶ σώφροσιν
εἰς ἀνδρὸς ᾔει λέκτρ'· ἐμαυτόν, ἢν λέγω
κακῶς ἐκείνην, ἐξερῶ· λέξω δ' ὅμως.
Αἴγισθος ἦν ὁ κρυπτὸς ἐν δόμοις πόσις.
τοῦτον κατέκτειν', ἐπὶ δ' ἔθυσα μητέρα,

---

534. Flor. 10. 25. 33. Ven. a. b. *ὅσιος δ' ἕτερον.*

536. Vulgo: *ὅ μ' ἐκπλήσσει λόγου.* Ask. 1. Mosc. a. Aug. b. Flor. 17. 34. *λέγειν* pro *λόγου.* Thomas M. p. 156, 6. *ὅ μ' ἐκπλήσσει φόβου*, quod Matthiae scriptum coniecit pro eo quod apud scholiastam est: *ἐξίστησι, ἐκβάλλει μετὰ φόβου.* Idem ex interpretatione ortum putat *λόγου.* At quum glossema sit in Guelf. *λογισμοῦ*, scholiastes autem ad v. 537. interpretetur *ὅ με κωλύει τοῦ λέγειν*, non minus probabiliter etiam *λέγειν* pro interpretatione haberi potest. Aug. d. *λόγους* per compendium quo *ους* significatur: sed in eodem glossema: *ὅπερ καὶ ἐκβάλλει ἀπὸ τοῦ.*

539. Flor. 10. omittit *μέν*, si *ἐφίτυσέν με* scribatur, recte: certe Vict. *ἐφίτευσεν.* Flor. 25. *γὰρ* pro *μέν.*

540. Vulgo: *τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα.* Non convenit simplici ratiocinationi haec figura prosopopoeiae. Quare *ἄρουρ' ὡς* scripsi. Metaphrastes: *ἡ σὴ δὲ παῖς ἐγέννησεν, ὡς ἄρουρα τὸ σπέρμα παρ' ἄλλου λαβοῦσα.* Praeivit Aeschylus Eum. 661. seqq. cui non potuit obiici illud, *ἄνευ δὲ μητρός πῶς, καθάρμ' Εὐριπίδη*; de quo dixerunt Porsonus et Matthiae.

545. Flor. 17. 34. Aug. b. Ven. *οὐχὶ* pro *κοὐχί.*

547. Rarius sic *ἐξερεῖν.* Sophocles El. 981. *τοιαῦτά τοι νὼ πᾶς τις ἐξερεῖ βροτῶν.*

549. Vulgo *μητέρι.* Taur. Aug. b. c. Havn. Vict. *μητέρα*, quod Brunckius restituit. Unus scholiastarum non recte rem narrare Ore-

ἀνόσια μὲν δρῶν, ἀλλὰ τιμωρῶν πατρί.
ἐφ' οἷς δ' ἀπειλεῖς ὡς πετρωθῆναί με δεῖ,
ἄκουσον ὡς ἅπασαν Ἑλλάδ' ὠφελῶ·
εἰ γὰρ γυναῖκες εἰς τόδ' ἥξουσιν θράσους,
ἄνδρας φονεύειν, καταφυγὰς ποιούμεναι
εἰς τέκνα, μαστοῖς τὸν ἔλεον θηρώμεναι,
παρ' οὐδὲν αὐταῖς ἦν ἂν ὀλλύναι πόσεις
ἐπίκλημ' ἐχούσαις ὅ τι τύχοι. δράσας δ' ἐγὼ
δείν', ὡς σὺ κομπεῖς, τόνδ' ἔπαυσα τὸν νόμον.
μισῶν δὲ μητέρ' ἐνδίκως ἀπώλεσα,
ἥτις μεθ' ὅπλων ἄνδρ' ἀπόντ' ἐκ δωμάτων
πάσης ὑπὲρ γῆς Ἑλλάδος στρατηλάτην
προὔδωκε, κοὐκ ἔσωσ' ἀκήρατον λέχος·
ἐπεὶ δ' ἁμαρτοῦσ' ᾔσθετ', οὐχ αὑτῇ δίκην
ἐπέθηκεν, ἀλλ' ὡς μὴ δίκην δοίη πόσει,
ἐζημίωσε πατέρα κἀπέκτειν' ἐμόν.
πρὸς θεῶν, ἐν οὐ καλῷ μὲν ἐμνήσθην θεῶν,
φόνον δικάζων, εἰ δὲ δὴ τὰ μητέρος
σιγῶν ἐπῄνουν, τί μ' ἂν ἔδρασ' ὁ κατθανών;
οὐκ ἄν με μισῶν ἀνεχόρευ' Ἐρινύσιν;
ἢ μητρὶ μὲν πάρεισι σύμμαχοι θεαί,
τῷ δ' οὐ πάρεισι μᾶλλον ἠδικημένῳ;
σύ τοι φυτεύσας θυγατέρ', ὦ γέρον, κακὴν
ἀπώλεσάς με· διὰ τὸ γὰρ κείνης θράσος

---

sten monet, quoniam primo matrem, postea autem rure venientem Aegisthum secundum Sophoclem interfecerit. Apud Euripidem seu vera seu falsa dicit Orestes, ex re eius est prius interfectum dici Aegisthum. Ἔθυσα non decorum verbum esse observat scholiastes.

551. Quae de ἐφ' οἷς ἀπειλεῖς scripsit Matthiae, perplexa et contorta sunt. Coniungenda ἐφ' οἷς πετρωθῆναι. Vulgo χρή. Plerique codd. δεῖ.

560. Aeschylus Eum. 628. οὐ γάρ τι ταυτόν, ἄνδρα γενναῖον θανεῖν διοσδότοις σκήπτροισι τιμαλφούμενον.

572. Ex Homeri Iliad. V. 875. ut observat scholiastes: σοὶ πάντες μαχόμεσθα· σὺ γὰρ τέκες ἄφρονα κούρην.

πατρὸς στερηθείς, ἐγενόμην μητροκτόνος.
ὁρᾷς Ὀδυσσέως ἄλοχον· οὐ κατέκτανεν
Τηλέμαχος· οὐ γὰρ ἐπεγάμει πόσει πόσιν,
μένει δ' ἐν οἴκοις ὑγιὲς εὐναστήριον.
ὁρᾷς Ἀπόλλω δ', ὃς μεσομφάλους ἕδρας
ναίων βροτοῖσι στόμα νέμει σαφέστατον,
ᾧ πειθόμεσθα πάνθ' ὅσ' ἂν κεῖνος λέγῃ·
τούτῳ πιθόμενος τὴν τεκοῦσαν ἔκτανον.
ἐκεῖνον ἡγεῖσθ' ἀνόσιον καὶ κτείνετε·
ἐκεῖνος ἥμαρτ', οὐκ ἐγώ. τί χρῆν με δρᾶν;
ἢ οὐκ ἀξιόχρεως ὁ θεὸς ἀναφέροντί μοι
μίασμα λῦσαι; ποῖ τις οὖν ἔτ' ἂν φύγοι,
εἰ μὴ ὁ κελεύσας ῥύσεταί με μὴ θανεῖν;

---

575. Vulgo: *ὁρᾷς Ὀδυσσέως ἄλοχον; οὐ κατέκτανε Τηλέμαχος.* Et sic interpungunt Par. A. atque alter Regius ac scholiastes. Quare Brunckius non male scripsit *οὔ νιν ἔκτανε*, praesertim quum alter ille Regius *οὐκ ἀπέκτανε*, Aug. c. autem *οὐκ ἔκτανε* praebeat. Novissimi editores cum Musgravio: *ὁρᾷς; Ὀδυσσέως ἄλοχον οὐ κατέκτανε.* Veram esse antiquam interpunctionem, nisi quod interrogatione non opus est, v. 578. ostendit. Nec profecto aptum hic *ὁρᾷς;*

578. Vulgo: *ὁρᾷς δ' Ἀπόλλων', ὃς.* Omittunt *δ'* Regii duo Brunckii, Flor. 6. 9. 17. 18. 21. 34. Aug. b. c. Ven. a. b. Porsonus vero, quod nec dativi iota recte elidatur, accusativus autem Atticis *Ἀπόλλω* sit, scripsit: *ὁρᾷς; Ἀπόλλων ὃς μεσομφάλους ἕδρας.* Atque *Ἀπόλλων* habent I. N. et, si quidem accurate cum ed. Musgravii collati sunt, de quo vehementer dubito, Florentini omnes. Sane, si v. 575. *ὁρᾷς;* scriberetur, non potuit hic *ὁρᾷς δ';* admitti, quia *ὁρᾷς* et *ὁρᾷς* non possunt inter se opponi, nec sine *δὲ* scribi *ὁρᾷς;* quia hic ista quaestio etiam magis inepta est quam v. 575. Recte tamen vetus scriptura *δὲ* servat, modo id suo loco restituatur: *ὁρᾷς Ἀπόλλω δ'.*

579. Vulgo: *στόμα σαφέστατον νέμει.* Plerique codd. meliore positu: *στόμα νέμει σαφέστατον.* Clemens Alex. in Protrept. p. 65. affert: *ὃς μεσομφάλους ἕδρας ναίει βροτοῖσι στόμα νέμων σαφέστατα.*

581. Clemens l. c. qui versus 581 — 584. omissis tantum *τί χρῆν με δρᾶν* affert, *κείνῳ πιθόμενος*, quod Porsonus recepisset, si unus codex accessisset. Bonum factum, quod nullus accessit.

586. Libri omnes *εἰ μὴ ὁ κελεύσας*, quod recte revocasse Boissonadum arbitror, postquam Brunckius ex Marklandi coniectura pessime

ἀλλ' ὡς μὲν οὐκ εὖ μὴ λέγ' εἴργασται τάδε,
ἡμῖν δὲ τοῖς δράσασιν οὐκ εὐδαιμόνως.
γάμοι δ' ὅσοις μὲν εὖ καθεστᾶσιν βροτῶν,
μακάριος αἰών· οἷς δὲ μὴ πίπτουσιν εὖ,
τά τ' ἔνδον εἰσὶ τά τε θύραζε δυστυχεῖς.

ΧΟΡΟΣ.

ἀεὶ γυναῖκες ἐμποδὼν ταῖς ξυμφοραῖς
ἔφυσαν ἀνδρῶν πρὸς τὸ δυςχερέστερον.

ΤΥΝΔΑΡΕΩΣ.

ἐπεὶ θρασύνει κοὐχ ὑποστέλλει λόγῳ,
οὕτω δ' ἀμείβει μ' ὥστε μ' ἀλγῆσαι φρένα,
μᾶλλόν μ' ἀνάξεις ἐπὶ σὸν ἐξελθεῖν φόνον·
καλὸν πάρεργον δ' αὐτὸ θήσομαι πόνων
ὧν οὕνεκ' ἦλθον, θυγατρὶ κοσμήσων τάφον.
μολὼν γὰρ εἰς ἔκκλητον Ἀργείων ὄχλον

εἰ μὴ ὀὐγκελεύσας dederat, Porsonus autem deleverat articulum, ut ὁ θεὸς repeteretur ἐκ κοινοῦ, quod est durissimum. Non video ego quid obstet, quo minus μὴ ὁ eodem modo quo μὴ ἀδικεῖν, μὴ ἀμελεῖν et similia, coalescere potuerint.

589. Flor. 2. ὅσοι. Flor. 25. καθεστῶσι.

590. Flor. 10. πίπτωσιν.

591. H. R. Flor. 2. δυςτυχῆ. Aristides ad Leptinem T. II. p. 656. ed. Lips. ὥςπερ αὖ μὴ βουλομένων ἐκείνων τά τ' ἔνδον τά τε θύραζε δυστυχεῖ, ubi cod. Ven. δυςτυχῆ.

593. Vulgo δυςτυχέστερον. Aliquot codd. et Stobaeus LXXIII. 34. δυςτυχέστατον. Pauci codd. δυςχερέστατον, item pauci δυςχερέστερον. Scholiastae fere δυςτυχέστερον legerunt, unus autem δυςχερέστατον, quum reddat per δυςκολώτατον. Praetuli δυςχερέστερον, ut exquisitius. Sic Suidas δυςχερασμάτων interpretatur ἀτυχημάτων.

595. Vulgo φρένας. Ven. a. b. cum aliis et optimis codd. φρένα.

596. Vulgo ἀνάψεις. Par. A. Flor. 2. 25. Taur. Ven. a. ἀνάξεις, quod L. Dindorfius recte scripsisse videtur ἀνάξεις. Sic in Oppiani Cyneg. I. 107. hodie legitur ἀνήϊξεν τε φέβεσθαι activa potestate. Scriptura variat etiam in Medea v. 107.

599. Cant. Flor. 2. Taur. et v. l. Flor. 6. χορὸν pro vulgato ὄχλον. Contra in Taur. γρ. ὄχλον.

ἑκοῦσαν οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν
σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ, λεύσιμον δοῦναι δίκην.
μᾶλλον δ' ἐκείνη σοῦ θανεῖν ἔστ' ἀξία,
ἢ τῇ τεκούσῃ σ' ἠγρίωσ', εἰς οὓς ἀεὶ
πέμπουσα μύθους ἐπὶ τὸ δυςμενέστερον,
ὀνείρατ' ἀγγέλλουσα τἀγαμέμνονος,
καὶ τοῦθ' ὃ μισήσειαν Αἰγίσθου λέχος
οἱ νέρτεροι θεοί, καὶ γὰρ ἐνθάδ' ἦν πικρόν,
ἕως ὑφῆψε δῶμ' ἀνηφαίστῳ πυρί.
Μενέλαε, σοὶ δὲ τάδε λέγω δράσω τε πρός·
εἰ τοὐμὸν ἔχθος ἐναριθμεῖ κῆδός τ' ἐμόν,
μὴ τῷδ' ἀμύνειν φόνον ἐναντίον θεοῖς·
ἔα δ' ὑπ' ἀστῶν καταφονευθῆναι πέτροις,
ἢ μὴ 'πίβαινε Σπαρτιάτιδος χθονός.
τοσαῦτ' ἀκούσας ἴσθι, μηδὲ δυςσεβεῖς

---

600. Par. A. *ἐκπείσω*, adscripto *ἀνασείσω*, quod alterum duo Brunckii codices cum Mosc. d. Aug. b. c. Guelf. Flor. 6. 9. 18. 21. 34. habent. Hesychius: *ἀνασείοις, ἀναπείθοις*. Flor. 33. *ἐπιπείσω*. Ceterorum librorum scripturam Brunckio probatam *ἐπισείσω* servavit Porsonus, qui non sublata post *πόλιν* interpunctione *δοῦναι δίκην* hic rarissimo usu ius dare vel reddere significare statuit. Meliorem viam quum ostendisset Elmsleius ad Heracl. 852. distingui iubens post *σῇ τ' ἀδελφῇ*, ut *δοῦναι δίκην* esset *ὥςτε ὑμᾶς δοῦναι δίκην*, tamen Porsonum defendendum sibi esse existimavit Schaeferus eo, quod etiam *λαμβάνειν δίκην* de eo qui puniatur dictum sit. Id vero aliis demonstrare exemplis debebat, quam lectorem ad Baccharum v. 1311. 1326. remittendo. Nam quod ibi v. 1311. legitur, *δίκην γὰρ ἀξίαν ἐλάμβανεν* facillime ad usitatam loquendi rationem revocabitur, si *ἐλάμβανες* scribemus. Alterum autem exemplum, in quo est *σὸς δ' ἔχει δίκην παῖς παιδός*, nihil ad probandum valere apertum est.

602. Libri omnes *θανεῖν ἔστ' ἀξία*. Nihil tribuo Elmsleii ad Bacch. 246. decreto, ex quo *ἐπαξία* scribendum est.

607. Horum verborum, *καὶ γὰρ ἐνθάδ' ἦν πικρόν*, ineptissimas interpretationes excogitarunt scholiastae, quorum duo tantum viderunt quae subesset sententia. Eorum alter: *ἐνθάδ', ἤγουν ἐν τοῖς ἄνω*, alter autem: *καὶ γὰρ τοῖς ζῶσι πικρὸν ἦν ἡ μοιχεία*: in quibus verbis addidi *ἦν*.

609. Aug. b. d. *δράσω δὲ πρός*.

612. Vide ad v. 524.

ἕλῃ παρώσας εὐσεβεστέρους φίλους·
ἡμᾶς δ' ἀπ' οἴκων ἄγετε τῶνδε, πρόσπολοι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

στεῖχ', ὡς ἀθορύβως οὑπιὼν ἡμῖν λόγος
πρὸς τόνδ' ἵκηται, γῆρας ἀποφυγὼν τὸ σόν.
Μενέλαε, ποῖ σὸν πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς,
διπλῆς μερίμνης διπτύχους ἰὼν ὁδούς;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἔασον· ἐν ἐμαυτῷ τι συννοούμενος,
ὅποι τράπωμαι τῆς τύχης ἀμηχανῶ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μή νυν πέραινε τὴν δόκησιν, ἀλλ' ἐμοὺς
λόγους ἀκούσας πρόσθε, βουλεύου τότε.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

λέγ'· εὖ γὰρ εἶπας. ἔστι δ' οὗ σιγὴ λόγου
κρείσσων γένοιτ' ἄν, ἔστι δ' οὗ σιγῆς λόγος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέγοιμ' ἂν ἤδη. τὰ μακρὰ τῶν σμικρῶν λόγων
ἐπίπροσθέν ἐστι καὶ σαφῆ μᾶλλον κλύειν.
ἐμοὶ σὺ τῶν σῶν, Μενέλεως, μηδὲν δίδου,
ἃ δ' ἔλαβες ἀπόδος, πατρὸς ἐμοῦ λαβὼν πάρα.

---

619. Quidam libri κυκλοῖς. Πόδα non est cum scholiastis metaphorice accipiendum, sed putandus Menelaus vere trepidare deliberabundusque huc illuc pedes vertere.

622. Vulgo ὅπῃ. Multi codd. ὅποι, quod tuitus est Elmsleius ad Heracl. 595.

630. Scholiastes: τούτου ῥηθέντος αἴρουσιν οἱ ὑποκριταὶ τὴν χεῖρα, ὡς τοῦ Μενελάου ἀγωνιῶντος μήποτε λέγει ὅτι παρακα-

οὐ χρήματ' εἶπον· χρήματ', ἣν ψυχὴν ἐμὴν
σώσῃς, ἅπερ μοι φίλτατ' ἐστὶ τῶν ἐμῶν.
ἀδικῶ· λαβεῖν χρή μ' ἀντὶ τοῦδε τοῦ κακοῦ
ἄδικόν τι παρὰ σοῦ· καὶ γὰρ Ἀγαμέμνων πατὴρ
ἀδίκως ἀθροίσας Ἑλλάδ' ἦλθ' ὑπ' Ἴλιον,
οὐκ ἐξαμαρτὼν αὐτός, ἀλλ' ἁμαρτίαν
τῆς σῆς γυναικὸς ἀδικίαν τ' ἰώμενος.
ἓν μὲν τόδ' ἡμῖν ἀνθ' ἑνὸς δοῦναί σε χρή.
ἀπέδοτο δ', ὡς χρὴ τοῖς φίλοισι τοὺς φίλους,
τὸ σῶμ' ἀληθῶς, σοὶ παρ' ἀσπίδ' ἐκπονῶν,
ὅπως σὺ τὴν σὴν ἀπολάβοις ξυνάορον.

παθήκην ἀργυρίου παρὰ τοῦ πατρὸς πεπίστευται. εὐήθης δέ ἐστιν ὁ τοιαύτης ὑποψίας ἀντιλαμβανόμενος Μενελάου. εἰ γὰρ μήτε τὸν λέγοντα ᾔδει μήτε οὗ ἐστὶ χρεία, ἴσως ἂν εἶχέ τι πιθανὸν τὸ γινόμενον· ἐπεὶ δὲ ἐπίσταται, περιττὸν καὶ ἄπορον τὸ γινόμενον.

632. Nullus liber *σώσεις*. Nam etsi fortasse planior videatur oratio, si dicatur, *χρήματ', ἣν ψυχὴν ἐμήν, σώσεις*, tamen consueverunt Graeci verbum in primaria potius, quam in secundaria sententia omittere. Pauca de multis quae congeri possunt exemplis attulerunt Porsonus et Schaeferus ad v. 1035. Corruptus in hoc genere est Thucydidis locus I. 26. *οἱ δὲ Ἐπιδάμνιοι οὐδὲν αὐτῶν ὑπήκουσαν. ἀλλὰ στρατεύουσιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Κερκυραῖοι τεσσαράκοντα ναυσίν.* Recte scholiastes *καὶ ἐκστρατεύουσι κατ' αὐτῶν*, sentiens *στρατεύουσι* non posse nisi de Epidamniis dictum esse. Nimirum scripserat Thucydides: *οἱ δὲ Ἐπιδάμνιοι οὐδὲν αὐτῶν ὑπήκουσαν, ἀλλὰ στρατεύουσιν ἐπ' αὐτούς· οἱ δὲ Κερκυραῖοι τεσσαράκοντα ναυσίν*, ad quae repetendum *στρατεύουσιν*.

633. Scribebatur *ἀδικῶ;* cum signo interrogationis. Hypothetice talia dici ostendit Heindorfii monitis Matthiae.

634. Flor. **17.** omittit *πατήρ*. Scholiastes, memoriae fortassis errore, *καὶ γὰρ Ἀγαμέμνων ἄναξ*.

635. Vulgo *ἦλθ' εἰς Ἴλιον*. Porsonus cum Brunckio *ἐς Ἴλιον*. Aug. c. *ἦλθεν εἰς Ἴλιον*. Flor. 10. Taur. Ven. a. b. *ὑπ' Ἴλιον*. Hoc recepi. Fortasse scripserat *ἦλθεν Ἴλιον*.

640. Ald. Brub. *τὸ σῶμ' ἀληθῶς σοι παρ' ἀσπίδ' ἐκπονῶν*. Ex Hervagianis videtur propagata esse mala distinctio post *σοι*, quod ὀρθοτονούμενον esse et sequentibus iungi debebat. Correxit tacite Porsonus.

641. Vulgo *ἀπολάβῃς*. Ms. C. C. C. Aug. b. Brunckius quique secuti sunt, *ἀπολάβοις*.

ἀπότισον οὖν μοι ταὐτὸ τοῦτ' ἐκεῖ λαβών,
μίαν πονήσας ἡμέραν ἡμῶν ὕπερ
σωτήριος στάς, μὴ δέκ' ἐκπλήσας ἔτη.
ἃ δ' Αὐλὶς ἔλαβε σφάγι' ἐμῆς ὁμοσπόρου,
ἐῶ σ' ἔχειν ταῦθ'· Ἑρμιόνην μὴ κτεῖνε σύ.
δεῖ γάρ σ' ἐμοῦ πράσσοντος ὡς πράσσω τὰ νῦν
πλέον φέρεσθαι, κἀμὲ συγγνώμην ἔχειν.
ψυχὴν δ' ἐμὴν δὸς τῷ ταλαιπώρῳ πατρὶ
κἀμῆς ἀδελφῆς, παρθένου μακρὸν χρόνον·
θανὼν γὰρ οἶκον ὀρφανὸν λείψω πατρός.
ἐρεῖς, ἀδύνατον· αὐτὸ τοῦτο· τοὺς φίλους
ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν·
ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων;
ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ὠφελεῖν θέλων.
φιλεῖν δάμαρτα πᾶσιν Ἕλλησιν δοκεῖς·
κοὐχ ὑποτρέχων σε τοῦτο θωπείᾳ λέγω·
ταύτης ἱκνοῦμαί σ', ὦ μέλεος, ἐμῶν κακῶν
εἰς οἷον ἥκω· τί δὲ ταλαιπωρεῖν με δεῖ;

---

642. Interpunctionem Barnesii et aliorum *ταὐτό, τοῦτ' ἐκεῖ λαβών,* correxit Matthiae.

643. Male Porsonus cum Brunckio post *ὑπὲρ* distinxit. Coniungenda sunt *ἡμῶν ὑπὲρ σωτήριος στάς.*

654. Vulgo et apud Thomam M. *τί χρὴ φίλων.* Sed *τί δεῖ φίλων* Porsonus ex L. et Plutarcho vol. II. p. 68. E. atque Aristotele Eth. IX. 9.

657. Vat. 1. ad *λέγω: γρ. λόγον.*

658. Interpungebatur: *ταύτης ἱκνοῦμαί σ'. ὦ μέλεος ἐμῶν κακῶν, εἰς οἷον ἥκω; τί δὲ ταλαιπωρεῖν με δεῖ;* Ven. a. *γρ. χρή.* Multa moliuntur in huius loci explicatione interpretes. Si diceret Orestes, quod uni scholiastarum visus est, *εἰς οἷον κακὸν ἥκω τὸ εἰς ἱκεσίαν προβάλλεσθαι τὴν Ἑλένην,* offenderet Menelaum. Itaque alius: *ὡς δεῖσθαι καὶ μὴ εἰςακούεσθαι:* quocum congruunt haec: *ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα ἐκδοχὴ τούτου, συναπτομένου τοῦ ταύτης ἱκνοῦμαι πρὸς τὸ ὑπὲρ γὰρ οἴκου παντὸς ἱκετεύω τάδε, εἶτα* (sic pro *εἴτε* scribendum) *ὡς τοῦ Μενελάου ἀπεστραμμένου τὴν ἱκεσίαν αὐτὸς δυςφορῶν λέγει, δυςτυχὴς ἐγὼ εἰς ἄπορον ἥκω κακῶν καὶ οὐκ ἔχω οὐδεμίαν καταφυγήν· ὃ πάλιν διαλαβών, θαρσύνει ἑαυτὸν καί φησι· τί δεδοίκαμεν τὸν θάνατον;*

ὑπὲρ γὰρ οἴκου παντὸς ἱκετεύω τάδε.
ὦ πατρὸς ὅμαιμε θεῖε, τὸν κατὰ χθονὸς
θανόντ' ἀκούειν τάδε δόκει, ποτωμένην
ψυχὴν ὑπὲρ σοῦ, καὶ λέγειν 'ἀγὼ λέγω.
ταῦτ' εἴς τε δάκρυα καὶ γόους καὶ συμφορὰς
εἴρηκα, κἀπῄτηκα τὴν σωτηρίαν,
θηρῶν ὃ πάντες, κοὐκ ἐγὼ ζητῶ μόνος.

ΧΟΡΟΣ.

κἀγώ σ' ἱκνοῦμαι καὶ γυνή περ οὖσ' ὅμως
τοῖς δεομένοισιν ὠφελεῖν· οἷός τε δ' εἶ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

'Ορέστ', ἐγώ τοι σὸν καταιδοῦμαι κάρα,
καὶ ξυμπονῆσαι σοῖς κακοῖσι βούλομαι·
καὶ χρὴ γὰρ οὕτω τῶν ὁμαιμόνων κακὰ
ξυνεκκομίζειν, δύναμιν ἢν διδῷ θεός,
θνήσκοντ' ἂν ἢ κτείνοντα τοὺς ἐναντίους.

καρτερεῖν δεῖ καὶ φέρειν ἀναγκαίως τὰ παρὰ τοῦ δαίμονος. Hic igitur interpungebat: *τί δέ; ταλαιπωρεῖν με δεῖ.* Eum audiendum fuisse censebat Schaeferus, non cogitans, si ea quae vult iste scholistes coniungantur, inepte mediae sententiae interponi, quod in fine adiiciendum erat, si desperaret exaudiri Orestes. Nam abiecta spe stultum est absolvere coeptas preces. Verius ille, qui scripsit: *τί δὲ δεῖ ταλαιπωρεῖν καὶ κάμνειν ἐμὲ περὶ τὴν δέησιν· οὐ γὰρ ὑπὲρ ἐμοῦ μόνου καὶ τῆς ἐμῆς ἀδελφῆς ποιοῦμαι τὴν δέησιν, ἀλλὰ ὑπὲρ παντὸς τοῦ οἴκου καὶ τοῦ γένους ἡμῶν. ἀποθανόντος γὰρ ἐμοῦ ἡ ἐκ προγόνων πᾶσα εὐδαιμονία οἰχήσεται, ὡς οὐ διάδοχον ἔχουσα· ὥςτε τῆς ζημίας καὶ εἰς σέ πως τεινούσης, ἐπεὶ τοῦ αὐτοῦ γένους τυγχάνεις, οὐχ ἧττον ἐμοῦ δεῖ σε σπουδάζειν ὅπως σωθείην. ἡ αὕτη ἡ κατασκευὴ πρὸς τὸ ἱκνοῦμαι ἐστί, τὰ δ' ἄλλα διὰ μέσου.* Hoc enim dicit Orestes: *per hanc coniugem tuam oro te, hei miser, pro tantis in quibus sum malis: sed quid laborare me opus est* per quem te obsecrem? *nam per cunctam domum nostram haec oro.*

665. Ven. b. *κἀπάτησα.*

667. seq. Hoc distichon recte lib. P. Flor. 6. 9. Vict. choro, non, ut vulgati, Electrae tribuunt.

673. Libri et scholiastae: *θνήσκοντα καὶ κτείνοντα τοὺς ἐναν-*

τὸ δ' αὖ δύνασθαι πρὸς θεῶν χρῄζω τυχεῖν·
ἥκω γὰρ ἀνδρῶν συμμάχων κενὸν δόρυ
ἔχων, πόνοισι μυρίοις ἀλώμενος,
σμικρᾷ ξὺν ἀλκῇ τῶν λελειμμένων φίλων.
μάχῃ μὲν οὖν ἂν οὐχ ὑπερβαλοίμεθα
Πελασγὸν Ἄργος· εἰ δὲ μαλθακοῖς λόγοις
δυναίμεθ', ἐνταῦθ' ἐλπίδος προσήκομεν.
σμικροῖσι γὰρ τὰ μεγάλα πῶς ἕλοι τις ἂν
πόνοισιν; ἀμαθὲς καὶ τὸ βούλεσθαι τόδε.

τίους, nisi quod Aug. d. *κτείνοντας*. Ven. b. autem *κτείνοντα καὶ θνήσκοντα*. Scilicet quum absurde dictum esse sentirent *θνήσκοντα καὶ κτείνοντα*, unus scholiastarum ad *θνήσκοντα* supplet *εἰ δεήσειεν*, alius autem scribit: *τὸ δὲ ἑξῆς ἀναστρεπτέον· ἔστι γὰρ κτείνοντα τοὺς ἐναντίους καὶ θνήσκοντα*. At si sic scripsisset Euripides, non solum ambigue locutus esset, quia *κτείνοντα καὶ θνήσκοντα τοὺς ἐναντίους* vel eum qui etiam si moriendum sit, vel eum qui moriens inimicos occidat significare potest, verum etiam sine caussa statim rem atrocissimam posuisset: neque enim continuo interfici inimicos necesse est, quo quis aliquem ab eorum saevitia defendat. Vellem totus versus abesset, quem omissum non requireremus. Sed si scriptus ab Euripide est, patet propinquos etiam cum mortis periculo tuendos esse dici. Itaque veteris scribae errore factum videtur ut *θνήσκοντα καὶ κτείνοντα* pro *θνήσκοντ' ἂν ἢ κτείνοντα* exaratum sit. Sic demum etiam *κτείνοντα* recte dictum est. Nam opem ferendam dicit, si necesse sit, moriendo, aut occidendis inimicis. Itaque hoc posui.

674. Flor. 2. 10. liber P. et Parisiensium unus apud Musgravium *τοῦ δ' αὖ δύνασθαι*. Omnes libri *πρὸς θεῶν*. Porsonus se non male *παρὰ θεῶν* scripsisse ait. At ne bona quidem mutatio est, quae fit sine caussa.

675. *Δόρυ*, dicit Matthiae, h. l. neque navim significat, neque sceptrum, sed hastam, quam duces gestant: sensus est *adsum dux sine militibus*. Propior vero haec interpretatio est, quam illae quas improbat: sed rectius dixisset hanc esse verborum sententiam: *praeter meam ipsius non multam habeo sociam hastam.*

681. Ven. a. b. cum plerisque codd. et vett. edd. *σμικροῖσι μὲν γὰρ τὰ μεγάλα πῶς ἕλοι τις ἄν*. Par. A. Flor. 18. omittunt *γάρ*. Barnesius et Musgravius *μὲν* eiecerunt. Brunckius et Porsonus dederunt *σμικροῖσι μὲν γὰρ μεγάλα*. Porsonus quum rectius expungi articulum dixit, non potuit alias rationes habere, quam usitatae caesurae neglectionem et quod etiam *σμικροῖσι* articulo caret: quae patet quam levia sint.

682. Hunc versum Brunckius et Porsonus solius Par. A. fide

ὅταν γὰρ ἡβᾷ δῆμος, εἰς ὀργὴν πεσών,
ὅμοιον ὥςτε πῦρ κατασβέσαι λάβρον·
εἰ δ' ἡσύχως τις αὐτὸς ἐντείνοντι μὲν
χαλῶν ὑπείκοι, καιρὸν εὐλαβούμενος,
ἴσως ἂν ἐκπνεύσει'· ὅταν δ' ἀνῇ πνοάς,
τύχοις ἂν αὐτοῦ ῥᾳδίως ὅσον θέλεις.
ἔνεστι δ' οἶκτος, ἔνι δὲ καὶ θυμὸς μέγας,
καραδοκοῦντι κτῆμα τιμιώτατον.
ἐλθὼν δ' ἐγώ σοι Τυνδάρεων πειράσομαι

---

eiecerunt, quasi non etiam in bono codice aliquando per scribae negligentiam excidere versus potuerit. Quod si quis quaerat, quid tandem in hoc versu suspectum sit, nihil inveniet aliud quam hoc unum vocabulum *πόνοισιν*: nam quae sequuntur consilio Menelai convenientissima sunt. Ad illud *πόνοισιν* scholiastes adnotavit: *σμικρᾷ δυνάμει ὤφειλεν εἰπεῖν· ὃ δὲ λέγει σμικροῖς πόνοις, τὴν ἐνέργειαν τιθεὶς ἀντὶ τῆς δυνάμεως.* Poterat sane omittere *πόνοισιν*, et nescio an fecerit Euripides. Nam quum Flor. 2. Taur. Ven. a. *γὰρ* post *ἀμαθὲς* inserant, suspicio est additum esse *πόνοισι*, quum *ἔστι* excidisset, versum autem sic scriptum fuisse: *ἀμαθὲς γάρ ἐστι καὶ τὸ βούλεσθαι τόδε. Τόδε* ponendum iudicavi pro *τάδε*, quod in libris est.

683. Stobaeus XLVI. 5. qui hunc et quinque sequentes versus affert: *ὅταν γὰρ ὀργῇ δῆμος εἰς θυμὸν πέσῃ.*

684. Ald. et aliquot codd. *ὅμοιος*, ceteri cum Stobaeo *ὅμοιον*, atque hic quidem deinde *ὥςπερ πῦρ*. Pro *λάβρον* Ven. b. *μέγα*.

685. Ald. Par. A. Mosc. d. *εἰ δ' ἡσύχως τις αὐτῷ ἐντείνοντι.* Aug. b. *αὐτῷ γ' ἐντείνοντι.* Ask. 1. Florentini omnes praeter 21. Aug. c. et a prima manu Guelf. *τις αὐτὸς*. Stobaeus, Taur. Ven. a. b. Vict. et e correctione Flor. 21. *τις αὐτὸν*. Valckenarius in Diatr. p. 234. *τὶς αὐτὸν ἐντείνοντι μέν*. Porsonus cum Brunckio *αὐτῷ τις ἐντείνοντι μέν*. Elmsleius ad Iph. Taur. 930. *τις αὐτὸν ἐντείνοντα μέν*, ut hi sint accusativi absoluti, quod fieri non posse recte monet Matthiae. Huic *ἡσύχως τις αὐτὸς* probanti assentior, non item id *sua sponte* interpretanti. Nam sententia haec est: *ipse si leniter cedas, talem etiam populum invenies.*

686. Stobaeus *ἕποιτο* pro *ὑπείκοι*.

687. Flor. 2. 25. Stobaeus *ἐκπνεύσει'*. Ceteri fere *ἐκπνεύσειεν*.

688. Porsonus Brunckii ut solebat auctoritatem secutus *θέλῃς* ex illius coniectura posuit. Schaeferus, si quid mutandum esset, malebat *θέλοις*.

691. Ald. *ἐλθὼν δὲ Τυνδάρεω τέ σοι.* Flor. 2. 1. *Τυνδά-*

πόλιν τε πεῖσαι τῷ λίαν χρῆσθαι καλῶς.
καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ
ἔβαψεν, ἔστη δ᾽ αὖθις, ἢν χαλᾷ πόδα.
μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὰς ἄγαν προθυμίας,
μισοῦσι δ᾽ ἀστοί· δεῖ δέ μ᾽, οὐκ ἄλλως λέγω,
σώζειν σε σοφίᾳ, μὴ βίᾳ τῶν κρεισσόνων.
ἀλκῇ δέ σ᾽ οὐκ ἄν, ᾗ σὺ δοξάζεις ἴσως,
σώσαιμ᾽ ἄν· οὐ γὰρ ῥᾴδιον λόγχῃ μιᾷ
στῆσαι τρόπαια τῶν κακῶν, ἅ σοι πάρα.
οὐ γάρ ποτ᾽ Ἄργους γ᾽ ἕνεκ᾽ ἂν εἰς τὸ μαλθακὸν

ρεῳ σοί τε. Atque etiam Mosc. a. *σοί τε.* Porsonus cum Brunckio *Τυνδάρεών τε σοί.* In Taur. et Ven. a. adscriptum: *γρ. ἐλθὼν δ᾽ ἐγώ σοι Τυνδάρεων πειράσομαι.* Hoc recepi. Nam neque duplici isto *τε* opus est, et aegre desideratur *ἐγώ.*

692. Libri: *πόλιν τε πεῖσαι τῷ λίαν χρῆσθαι καλῶς.* Dubitari potest, sic an *πείσας* scripserit, ut *πειράσομαι τῷ λίαν χρῆσθαι καλῶς* coniungantur, suadendoque se conaturum callide uti ira populi dicat Menelaus. Si recte se habet *πεῖσαι*, sententia est: *conabor Tyndaro et populo suadere, ut moderate ira sua in te utantur.* Ita quae sequuntur, referenda erunt ad *πεῖσαι.* Non enim illa de moderatione ea, qua quis ipse animum suum refrenet, dicta sunt, ut haec Sophoclis in Antig. v. 715. *αὔτως δὲ ναὸς ὅςτις ἐγκρατὴς πόδα τείνας ὑπείκει μηδέν, ὑπτίοις κάτω στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται*, sed de illa moderatione, qua erga alios utendum sit, ut eos ne magis exacerbemus.

701. Libri: *οὐ γάρ ποτ᾽ Ἄργους γαῖαν εἰς τὸ μαλθακὸν προςηγόμεσθα.* Aberravit a vero Musgravius, qui hic et ad Iph. Taur. 1403. *εἰς τὸ μαλθακὸν* idem quod *κατὰ τὸ μαλθακὸν* esse putabat, Luciani usus exemplis, in quibus *τὸ βάρβαρον* et similia *ad exemplum barbarorum* significant. Eodem modo hanc locutionem accepit Schaeferus, qui *προςηγόμεσθ᾽ ἂν* scribi malebat, quod interpretatur: *nunquam Argivis adhiberem blanditias, nisi necessitas, cui sapientes cedunt, me cogeret.* Scholiastarum unus: *ἤγουν οὔποτε τοῖς Ἀργείοις ταπεινῶς ὑποπεπτώκαμεν, ἀλλὰ μεγαλοπρεπῶς καὶ γενναίως αὐτοῖς ἐχρώμεθα, προστάττοντες μετ᾽ ἐξουσίας ὅσα ἂν ἐβουλόμεθα.* At meliorem viam monstrat alius: *εἰ γὰρ ἦν τοῦτο ῥᾴδιον, οὔποτε διὰ τοῦ Ἄργους τὴν γῆν, ἤγουν διὰ τὸ Ἄργος προςεφέρομεν ἑαυτοὺς εἰς τὸ μαλθακόν.* Quocum convenit adscriptum in cod. Guelf. *διὰ τὸ Ἄργος.* Ex quibus apparet, abstersa vetusta labe scribendum esse: *οὐ γάρ ποτ᾽ Ἄργους γ᾽ ἕνεκ᾽ ἂν εἰς τὸ μαλθακὸν προςηγόμεσθα. Non enim umquam Argivorum qui-*

προςηγόμεσθα· νῦν δ' ἀναγκαίως ἔχει
δούλοισιν εἶναι τοῖς σοφοῖσι τῆς τύχης.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ πλὴν γυναικὸς οὕνεκα στρατηλατεῖν
τἄλλ' οὐδέν, ὦ κάκιστε τιμωρεῖν φίλοις,
φεύγεις ἀποστραφείς με; τὰ δ' Ἀγαμέμνονος
φροῦδ'. ἄφιλος ἦσθ' ἄρ', ὦ πάτερ, πράσσων κακῶς.
οἴμοι, προδέδομαι, κοὐκέτ' εἰσὶν ἐλπίδες,
ὅποι τραπόμενος θάνατον Ἀργείων φύγω·
οὗτος γὰρ ἦν μοι καταφυγὴ σωτηρίας.
ἀλλ' εἰςορῶ γὰρ τόνδε φίλτατον βροτῶν,
Πυλάδην, δρόμῳ στείχοντα Φωκέων ἄπο,
ἡδεῖαν ὄψιν· πιστὸς ἐν κακοῖς ἀνὴρ
κρείσσων γαλήνης ναυτίλοισιν εἰςορᾶν.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

Θᾶσσον ἢ μ' ἐχρῆν προβαίνων ἱκόμην δι' ἄστεως,
σύλλογον πόλεως ἀκούσας, τὸν δ' ἰδὼν αὐτὸς σαφῶς,
ἐπὶ σὲ σύγγονόν τε τὴν σήν, ὡς κτενοῦντας αὐτίκα.

---

dem caussa ad lenitatem adducerer. Superbe loquitur Menelaus, fortitudinem suam iactans, quo ignaviam dissimulet. Ita abit de scena. Nam quae deinde Orestes dicit, solus secum in scena loquitur.

709. Brunckius et Porsonus cum Ald. Flor. 2. et e correctione 10. *ὅπῃ.* Ceteri *ὅποι.*

710. Pro *σωτηρίας*, cui in Taur. superscriptum *τῆς συμφορᾶς*, in Flor. 21. et Ven. a. autem adiectum est *γρ. συμφορᾶς*, Venetus b. habet *σωτήριος.*

715. Aldinae error *πρὸ ἄστεος* propagatus in alias vett. edd. Codices et schol. Hermogenis in Walzii rhetor. T. V. p. 525. *δι' ἄστεος.* Havn. *δι' ἄστεως.*

716. Libri *σύλλογον πόλεως ἀκούσας, τὸν δ' ἰδὼν αὐτὸς σαφῶς.* Id est: *σύλλογον, τὸν μὲν ἀκούσας, τὸν δὲ ἰδών*, cuius generis exempla attulit Porsonus ad v. 891. Mosc. a. *σὸν δ'.* In

τί τάδε; πῶς ἔχεις; τί πράσσεις, φίλταθ' ἡλίκων ἐμοὶ
καὶ φίλων καὶ συγγενείας; πάντα γὰρ τάδ' εἶ σύ μοι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἰχόμεσθ', ὡς ἐν βραχεῖ σοι τἀμὰ δηλώσω κακά.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

συγκατασκάπτοις ἂν ἡμᾶς· κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Μενέλεως κάκιστος εἴς με καὶ κασιγνήτην ἐμήν.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

εἰκότως, κακῆς γυναικὸς ἄνδρα γίγνεσθαι κακόν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὥςπερ οὐκ ἐλθὼν ἔμοιγε ταὐτὸν ἀπέδωκεν μολών.

Ven. b. abest αὐτός. Unus scholiastarum: τὸν ἐπὶ σὲ καὶ τὴν σὴν ἀδελφὴν σύλλογον τῆς πόλεως καὶ ἀκούσας καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδών. Unde quis coniiciat ἀκούσας τ' εἰςιδών τ' αὐτὸς σαφῶς, vel ἀκούσας ὄμμασίν τ' ἰδὼν σαφῶς. Alius scholiastes: λέγει δὲ ὅτι ἐρχόμενος διὰ τῆς πόλεως ἤκουσα παρά τινων ὡς ἐκκλησίαν Ἀργεῖοι ἐποίησαν ἐπὶ σὲ καὶ τὴν Ἠλέκτραν, ἵνα κτείνωσιν· εἶδον δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τινὰς στείχοντας. Scholiastes Hermogenis omisit hunc versum sententia integra, si, quod ille in sequente versu habet, ὡς θανοῦντας αὐτίκα, scriptum esset αὐτίχ' ὡς θανουμένους. Sed illud nihil est nisi error scribentis pro κτανοῦντας, quod est in Flor. 33. ut κτανοῦντες in Ven. b.

722. Ald. et codd. εἰς ἐμέ, praeter Ven. a. in quo est εἰς 'μέ. Porsonus cum Musgravio et Brunckio ἐς ἐμέ. Defendit εἴς με Elmsleius ad Iph. Taur. 64. Vide ad v. 383.

723. Εἰκότως sine interpunctione iungebatur sequentibus. Porsonus suspicabatur distinguendum esse, ut oratio in fine versus suspenderetur, ut abrupta. Schaeferus subaudiri ἔχει malebat. Id fecit etiam glossator cod. Guelf. Boissonadus coniiciebat εἰκόθ' ὡς. Mihi, quum εἶναι etiam aliis in formulis cum adverbiis coniungatur, ἐστὶ intelligendum videtur. Potuit vero εἰκὸς ἦν scribere.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἦ γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς τήνδ᾽ ἀφιγμένος χθόνα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

χρόνιος· ἀλλ᾽ ὅμως τάχιστα κακὸς ἐφωράθη φίλοις.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

καὶ δάμαρτα τὴν κακίστην ναυστολῶν ἐλήλυθεν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ᾽ ἐκείνη κεῖνον ἐνθάδ᾽ ἤγαγεν.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ποῦ ᾽στιν ἣ πλείστους Ἀχαιῶν ὤλεσεν γυνὴ μία;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἐν δόμοις ἐμοῖσιν, εἰ δὴ τούσδ᾽ ἐμοὺς καλεῖν χρεών.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

σὺ δὲ τίνας λόγους ἔλεξας σοῦ κασιγνήτῳ πατρός;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μή μ᾽ ἰδεῖν θανόνθ᾽ ὑπ᾽ ἀστῶν καὶ κασιγνήτην ἐμήν.

---

726. Cant. N. Aug. b. *φίλος*.

727. Mosc. a. Flor. 21. *ἦ καὶ δάμαρτα*. Bene legeretur *ἦ δάμαρτα*.

729. Flor. 33. *πλείους*. Id sic verum esset, si scriberetur: *ἧς πλείους Ἀχαιῶν ὤλεσ᾽ οὐ γυνὴ μία*. Mosc. a. Guelf. *Ἀχαιούς*. Sine iusta caussa censor Elmsleii Heraclidarum in Diar. class. fasc. XIV. p. 304. scribendum putabat *πολλούς*.

732. Ad *μή μ᾽ ἰδεῖν* in multis codd. adscripta interpretatio *μὴ ἀνέξεσθαι*. Nam qui aliquid videt, intuetur credo, non avertit oculos. Quod Matthiae voluit, *ἰδεῖν* esse *περιιδεῖν*, non magis fieri potest, quam ut videre sit praetervidere.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

πρὸς θεῶν, τί πρὸς τάδ᾽ εἶπε; τοῦτ᾽ ἐγὼ εἰδέναι θέλω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εὐλαβεῖθ᾽, ὃ τοῖς φίλοισι δρῶσιν οἱ κακοὶ φίλοι.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

σκῆψιν ἐς ποίαν προβαίνων; τοῦτο πάντ᾽ ἔχω μαθών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὗτος ἦλθ᾽ ὁ τὰς ἀρίστας θυγατέρας σπείρας πατήρ.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

Τυνδάρεων λέγεις· ἴσως σοι θυγατέρος θυμούμενος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

αἰσθάνει. τὸ τοῦδε κῆδος μᾶλλον εἵλετ᾽ ἢ πατρός.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

κοὐκ ἐτόλμησεν πόνων σῶν ἀντιλάζυσθαι παρών;

---

733. Ald. Cant. N. Flor. 2. 10. 33. Taur. Havn. Ven. a. b. *τόδε γάρ.* Ceteri *τοῦτό γ᾽.* Id Porsonus recepit, non recte. Latet in ea scriptura *τοῦτ᾽ ἐγὼ εἰδέναι θέλω. Τόδε γὰρ* correctoris videtur esse, nisi quis etiam *τοῦτό γ᾽* a correctoribus profectum putabit, quum pede imminutum viderent versum, qui integer talis fuerit: *πρὸς θεῶν, τί δῆτα πρὸς τάδ᾽ εἶπεν; εἰδέναι θέλω.*

734. Porsonus cum Brunckio *ηὐλαβεῖθ᾽.*

735. Ald. et quinque codd. *ἐς.* Ceteri *εἰς.* Deinde Ald. Havn. Taur. *ταῦτα πάντ᾽ ἔχω μαθών.* Liber P. Florentini *τοῦτο πάντ᾽ ἔχω μαθών.* Sic etiam Ven. a. b. sed *μαθεῖν* habentes.

736. Vulgo et apud Moschopulum Opusc. p. 85. *σπείρας*, sed multi codd. *σπείρων.* Praesens defendit Schaeferus parum apto argumento; reiicit Matthiae ut iniuriosum in Tyndarum, quasi non nisi improbissimas filias procreare solitum. Ea certe non iniuria est, quum probam non procreaverit. Praeferrem *σπείρων*, si *ἀρίστας* sine articulo positum esset. Nunc distincte Helena et Clytaemnestra significantur.

739. Perpauci codices *ἀντιλάζεσθαι.*

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐ γὰρ αἰχμητὴς πέφυκεν, ἐν γυναιξὶ δ' ἄλκιμος.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἐν κακοῖς ἄρ' εἶ μεγίστοις, καί σ' ἀναγκαῖον θανεῖν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ψῆφον ἀμφ' ἡμῶν πολίτας ἐπὶ φόνῳ θέσθαι χρεών.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἣ κρινεῖ τί χρῆμα, λέξον· διὰ φόβου γὰρ ἔρχομαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἢ θανεῖν, ἢ ζῆν. ὁ μῦθος οὐ μακρὸς μακρῶν πέρι.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

φεῦγέ νυν λιπὼν μέλαθρα σὺν κασιγνήτῃ σέθεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐχ ὁρᾷς; φυλασσόμεσθα φρουρίοισι πανταχῇ.

---

741. Quum scholiastes *ἐν κακοῖς* per *ἐν κινδύνοις* explicet, videri potest poeta scripsisse *μή σ' ἀναγκαῖον θανεῖν*, quia, si Pylades iam nunc inevitabilem esse mortem credat, non videatur recte paullo post, ubi de capitali supplicio audivit, dicere *διὰ φόβου γὰρ ἔρχομαι.* Verum defendenda videtur librorum scriptura ita, ut nunc suam opinionem proferat, statim autem, ubi eam non vanam esse accepit, re ipsa imminente, ut fit, vehementer timere incipiat.

743. Ald. *τί πρᾶγμα.* Codd. *τί χρῆμα.*

744. Vulgo *ὁ μῦθος δ'.* Sublatum a Brunckio *δ'* abest etiam in Ven. b. Servavit Porsonus.

745. Ven. b. *μακρῶν*, errore scribae *μακρὰν* dare volentis, pro *λιπών.*

746. Ald. *φρουρίοις φυλασσόμεσθα πανταχοῦ.* Iustum verborum ordinem praebent codd. quorum in Par. A. est *φρουρίοις ἁπανταχῇ*, quod recepit Brunckius. Huius codex et Flor. 21. *ἁπανταχοῦ.* R. Flor. 10. Taur. *πανταχῇ.* Sic Porsonus.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

εἶδον ἄστεως ἀγυιὰς τεύχεσιν πεφραγμένας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὡςπερεὶ πόλις πρὸς ἐχθρῶν σῶμα πυργηρούμεθα.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

κἀμέ νυν ἐροῦ τί πάσχω· καὶ γὰρ αὐτὸς οἴχομαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πρὸς τίνος; τοῦτ' ἂν προςείη τοῖς ἐμοῖς κακοῖς κακόν.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

Στρόφιος ἤλασέν μ' ἀπ' οἴκων φυγάδα θυμωθεὶς πατήρ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἴδιον, ἢ κοινὸν πολίταις ἐπιφέρων ἔγκλημα τί;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ὅτι συνηράμην φόνον σοι μητρός, ἀνόσιον λέγων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ τάλας, ἔοικε καὶ σὲ τἀμὰ λυπήσειν κακά.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

οὐχὶ Μενέλεω τρόποισι χρώμεθ'· οἰστέον τάδε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐ φοβεῖ μή σ' Ἄργος ὥςπερ κἄμ' ἀποκτεῖναι θέλῃ;

---

749. Vulgo ἔρου. Vict. Ven. a. b. ἐροῦ.
750. Flor. 10. τοῖς ἐμοῖς πόνοις κακῶν.
752. Legebatur ἔγκλημά τι.
756. In Ven. a. adscriptum βίαν. Videntur ergo quidam legisse: μή σ' Ἄργος, ὥςπερ κἄμ', ἀποκτείνῃ βίᾳ.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

οὐ προςήκομεν κολάζειν τοῖςδε, Φωκέων δὲ γῆ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δεινὸν οἱ πολλοί, κακούργους ὅταν ἔχωσι προστάτας.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἀλλ' ὅταν χρηστοὺς λάβωσι, χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἶεν. ἐς κοινὸν λέγειν χρή.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τίνος ἀναγκαίου πέρι;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἰ λέγοιμ' ἀστοῖσιν ἐλθὼν

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ὡς ἔδρασας ἔνδικα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πατρὶ τιμωρῶν ἐμαυτοῦ;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

μή λάβωσί σ' ἄσμενοι.

---

758. Referunt haec scholiastae ad Cleophontem, de quo infra v. 889.

759. Cant. *βουλεύσαιντ' ἄν*, quod ad *βουλευσαίατ' ἄν* ferre sensit Porsonus.

761. Flor. 2. Havn. Aug. d. *ἔπραξας*.

762. Porsonus ex Brunckii coniectura *μὴ οὐ λάβωσί σ' ἄσμενοι*, quod sit vereor *ut te sint placide accepturi*. Id vero *μὴ οὔ σ' ἴδωσιν ἄσμενοι* dicendum fuisse monet Schaeferus. Recte libri, non

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλ' ὑποπτήξας σιωπῇ κατθάνω;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

δειλὸν τόδε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πῶς ἂν οὖν δρῴην;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἔχεις τίν', ἣν μένῃς, σωτηρίαν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔχω.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

μολόντα δ' ἐλπίς ἐστι σωθῆναι κακῶν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἰ τύχοι, γένοιτ' ἄν.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

οὐκοῦν τοῦτο κρεῖσσον ἢ μένειν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλὰ δῆτ' ἔλθω.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

θανὼν γοῦν ὧδε κάλλιον θανεῖ.

---

habentes οὐ. Hoc enim dicit Pylades: *vereor ne te libenter sint accepturi*, quippe ultro te ad supplicium offerentem.

763. Ald. et pars codicum δειλόν, pars δεινόν.

765. Vulgo μολόντι. Multi codd. μολόντα.

767. Servavit Porsonus signum interrogationis post ἔλθω, recte

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εὖ λέγεις· φεύγω τὸ δειλὸν τῇδε.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

μᾶλλον ἢ μένων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ τὸ πρᾶγμά γ' ἔνδικόν μοι.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τὸ δὲ δοκεῖν εὔχου μόνον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καί τις ἄν γέ μ' οἰκτίσειε

ΠΥΛΑΔΗΣ.

μέγα γὰρ ηὑγένειά σου.

---

deletum a Brunckio, sed male explicante. Vere scholiastes: *καὶ δῆτα ἀπέλθω. τὰ συμβουλευτικὰ μετὰ ὑποτακτικοῦ λέγονται.* Est enim consilium eundi capientis: *at ergo eam.* Pro *γοῦν* Ven. b. *γάρ*, quemadmodum scribi volebat V. D. in censuris Edinburgensibus fasc. XXXVIII. p. 480. non usurpatum esse tragicis *γοῦν* contendens: cuiusmodi observatio ipsa natura sua inanis est.

768. Hunc versum, qui in libris post illum, *Ο. καὶ τὸ πρᾶγμά γ' ἔνδικόν μοι. Π. τῷ δοκεῖν εὔχου μόνον*, positus est, Boissonadus cum Kingio ex sententia Morellii suo loco restituit. Non secuti sunt Brunckius aliique, securi, si in singulis verbis metrisve nihil offendat.

769. Ald. Par. A. Taur. Aug. d. Flor. 10. 33. Havn. *τὸ δοκεῖν εὔχου μόνον.* Ceteri *τῷ δοκεῖν*, quod glossatores *τῇ δόξῃ* interpretantur, ut alteram scripturam alii *τὸ νομίζεσθαι καλῶς λέγειν.* Quod Brunckius ex coniectura sua posuit, *τό γε δοκεῖν*, non est ab Euripide scriptum. *Τῷ δοκεῖν* aliquid contorti habet, videturque pariter correctoribus deberi. Quare quod Barnesius dedit *τὸ δὲ δοκεῖν* recepi.

770. Vulgo *καὶ τίς ἂν γέ μ' οἰκτίσειε;* Brunckius sublata interrogatione *καί τις* restituit. Ven. b. *δὲ* habet pro *γε.* Mosc. a. *μή*

ΟΡΕΣΤΗΣ.

θάνατον ἀσχάλλων πατρῷον.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

πάντα ταῦτ' ἐν ὄμμασιν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἰτέον, ὡς ἄνανδρον ἀκλεῶς κατθανεῖν.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

αἰνῶ τάδε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἦ λέγωμεν οὖν ἀδελφῇ ταῦτ' ἐμῇ;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

μὴ πρὸς θεῶν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δάκρυα γοῦν γένοιτ' ἄν.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

οὐκοῦν οὗτος οἰωνὸς μέγας.

μ' οἰκτίσειε. Nescio an scripserit Euripides καί τις ἄν μ' ἐποικτίσειε. Defendi tamen vulgata potest. De ἄν γε dixi ad Phoen. 1223. et ad Soph. Ai. 1318.

773. Ald. τοῦτ'. Codd. ταῦτ'.

774. Libri δάκρυα γοῦν γένοιτ' ἄν. Scholiastes: τὸ γοῦν ἐνταῦθα ἔμφασιν τοῦ γὰρ ἔχει, ὥςπερ καὶ ἐν ποιήσει καὶ ἐν λογογραφίᾳ εὑρήσεις. Et scribi γὰρ iussit V. D. in censuris Edinburgensibus: v. ad v. 767.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δηλαδὴ σιγᾶν ἄμεινον.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τῷ χρόνῳ δὲ κερδανεῖς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κεῖνό μοι μόνον πρόςαντες.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τί τόδε καινὸν αὖ λέγεις;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μὴ θεαί μ' οἴστρῳ κατάσχωσ'.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἀλλὰ κηδεύσω σ' ἐγώ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δυςχερὲς ψαύειν νοσοῦντος ἀνδρός.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

οὐκ ἔμοιγε σοῦ.

---

775. Vulgo τῷ χρόνῳ δὲ κερδανεῖς, quod δὲ est ad οὐκοῦν οὗτος οἰωνός μέγας referendum. Ven. b. cum quindecim aliis codd. τῷ χρόνῳ γὰρ κερδανεῖς. Scholiastae haec sic interpretantur, ut lucrum facere dicatur Orestes, quod dilatura sit Electra lamentationem, nec malo omine eventum profectionis impeditura. At haec et inutilis sententia est et parum diversa ab eo, quod modo dixerat Pylades. Recte glossator: διὰ τοῦ χρόνου, ἤγουν συντόμως πορευθῆναι.

776. Pro αὖ λέγεις codices nonnulli ἀγγέλλεις, quod in Mosc. d. emendate scriptum ἀγγελεῖς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εὐλαβοῦ λύσσης μετασχεῖν τῆς ἐμῆς.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τόδ' οὖν ἴτω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἄρ' ὀκνήσεις;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ὄκνος γὰρ τοῖς φίλοις κακὸν μέγα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἕρπε νυν οἴαξ ποδός μοι.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

φίλα γ' ἔχων κηδεύματα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καί με πρὸς τύμβον πόρευσον πατρός.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ὡς τί δὴ τόδε;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὥς νιν ἱκετεύσω με σῶσαι.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τό γε δίκαιον ὧδ' ἔχει.

---

783. Vulgo τὸ δὲ δίκαιον. Codd. fere omnes τό γε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μητέρος δὲ μηδ' ἴδοιμι μνῆμα.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

πολεμία γὰρ ἦν.
ἀλλ' ἔπειγ', ὡς μή σε πρόσθε ψῆφος Ἀργείων ἕλῃ,
περιβαλὼν πλευροῖς ἐμοῖσι πλευρὰ νωχελῆ νόσῳ·
ὡς ἐγὼ δι' ἄστεώς σε σμικρὰ φροντίζων ὄχλου
οὐδὲν αἰσχυνθεὶς ὀχήσω. ποῦ γὰρ ὢν δείξω φίλος,
εἴ σε μὴ 'ν δειναῖσιν ὄντα συμφοραῖς ἐπαρκέσω;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τοῦτ' ἐκεῖνο, κτᾶσθ' ἑταίρους, μὴ τὸ συγγενὲς μόνον·
ὡς ἀνήρ, ὅστις τρόποισι συντακῇ, θυραῖος ὤν,
μυρίων κρείσσων ὁμαίμων ἀνδρὶ κεκτῆσθαι φίλος.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'.

ὁ μέγας ὄλβος ἅ τ' ἀρετὰ
μέγα φρονοῦσ' ἀν' Ἑλλάδα καὶ
παρὰ Σιμουντίοις ὀχετοῖς
πάλιν ἀνῆλθ' ἐξ εὐτυχίας Ἀτρείδαις
πάλαι παλαιᾶς ἀπὸ συμφορᾶς δόμων,
ὁπότε χρυσέας ἔρις ἀρ-

---

788. Ald. et pars codicum ποῦ γὰρ ἄν. Meliores ὢν pro ἄν.

789. Vulgo μὴ δειναῖσιν. Canterus μὴ 'ν, quod multi codd. confirmarunt.

797. Ald. Hervag. 1. 2. παλαιὰς ἀπὸ συμφορὰς, quod indicium videtur alius scripturae esse, παλαιὰς ἐπὶ συμφοράς. Nam unus scholiastarum: τὸ ἑξῆς· ὁ μέγας ὄλβος καὶ ἡ ἀρετὴ τῶν Ἀτρειδῶν ἡ μεγαλοφρονήσασα καὶ ἐν Ἑλλάδι καὶ ἐν Τροίᾳ εἰς τὸ ἐναντίον τῆς εὐδαιμονίας ἀνῆλθεν, ὅ ἐστιν εἰς δυστυχίαν ἀρχαίαν τὴν τοῖς Ἀτρείδαις συμπεσοῦσαν ἐπὶ τῷ χρυσομάλλῳ ἀρνῷ.

798. Libri: ὁπότε χρυσέας ἔρις ἀρνὸς ἤλυθε Ταντάλίδαις,

*νὸς * * ἦλθε Ταντalίδαις*
οἰκτρότατα θοινάματα καὶ
σφάγια γενναίων τεκέων·
ὅθεν φόνῳ φόνος ἐξαμεί-
βων δι' αἵματος οὐ προλεί-
πει δισσοῖσιν Ἀτρείδαις.

ἀντιστροφὴ α'.

τὸ καλὸν οὐ καλόν, τοκέων
πυριγενεῖ τέμνειν παλάμᾳ

οἰκτρότατα θοινάματα καὶ σφάγια γενναίων τεκέων. Nibil variatur, nisi quod metri ignoratione Triclinius in K. *τῆς χρυσέας* et *οἰκτρότατά τε*, Porsonus autem *χρυσείας* scripsit, quodque Flor. 10. *ἀρνὸς ἔρις*, et Taur. *Ταντaλίδεσι.* Flor. 17. *Ταντaλίδαισιν* habet. At non modo dura est ad *ἔρις* appositio *θοινάματα* et *σφάγια* interposito *Ταντaλίδαις*, sed etiam hic versus dactylicus, *ἦλυθε Ταντaλίδαις*, alieno numero perpetuitatem turbat numeri Glyconei, quem integrum servant quae istis verbis in antistrophe opposita sunt *θανάτου γὰρ ἀμφὶ φόβῳ.* Displicet nunc, quod in Elem. doctr. metr. p. 548. conieci, *ὁπότε χρυσέας ἔρις ἀρνὸς ὕπερ ἦλθε Ταντaλίδαις*, non solum quod id Euripides *χρυσέας ὑπὲρ ἀρνὸς ἔρις* scribere maluisset, sed etiam quod scholiastes nullam in suo codice praepositionem fuisse indicat: *ἔρις τῆς χρυσῆς ἀρνὸς, ἤγουν ὑπὲρ τῆς χρυσῆς ἀρνός. ἔρις γάρ τινος λέγεται καὶ ἣν ἐρίζει αὐτὸς πρός τινα, καὶ ἣν ἐρίζει τις πρὸς αὐτόν, καὶ ἣν ἐρίζουσιν ἕτεροι περὶ αὐτοῦ.* Nisi forte haec defensio est expuncti *ὕπερ.* Quod si non *ὑπὲρ* vel *ἕνεκ'* excidit, suspicari debebimus aut pro *ἤλυθε* aliud verbum positum fuisse, idque fortasse activum, quale *ἐπόρευσε, ἐπίχρανε*, aut, quoniam nihil est cur *ἦλθε* non genuinum putemus, excidisse duas ante *ἦλθε* syllabas, quarum prior a vocali inceperit. Ac sane lenior appositio erit, si hoc fere modo haec scripta fuerunt: *ὁπότε χρυσέας ἔρις ἀρνὸς ὀλό' ἦλθε Τυνδαρίδαις οἰκτρότατα θοινάματα.* Ut in re dubia, satis duxi restituto *ἦλθε* omissionem asteriscis indicare. Ceterum qui integris vocibus finiri versus volunt, meminerint velim, quos ipsi versus vocant membra esse unius versus, qui si ex multis eiusdem generis membris compositus est, nomen habet systematis, re ipsa autem unus est longus versus.

801. Vulgo *τέκνων*, quod correctum est ex multis codicibus.

802. K. *ἔνθεν* ex inutili emendatione metrica Triclinii.

806. Libri *τέμνειν.* Porsonus *τεμεῖν*, quod metri caussa necessarium putabat.

χρόα, μελάνδετον δὲ φόνῳ
ξίφος ἐς αὐγὰς ἀελίοιο δεῖξαι·
τὸ δ' αὖ κακουργεῖν ἀσέβεια μαινολὶς
κακοφρόνων τ' ἀνδρῶν παράνοι-
α. θανάτου γὰρ ἀμφὶ φόβῳ
Τυνδαρὶς ἰάκχησε τάλαι-
να· τέκνον, οὐ τολμᾷς ὅσια·
κτείνων δὲ ματέρα μὴ πατρῴ-
αν τιμῶν χάριν ἐξανά-
ψῃ δύςκλειαν ἐςαιεί.

μεσῳδός.

τίς νόσος ἢ τίνα δάκρυα καὶ

---

807. Mosc. a. Guelf. Flor. 25. Aug. b. *μελάνδευτον*, quod, ut ex scholiastarum adnotationibus apparet, posnisse videntur quibus audacius dictum videretur *μελάνδετον*. Recte vero unus illorum: *πολλὰ δέ εἰσι τὰ τοιαῦτα σύνθετα, οἷον κελαινεφὲς αἷμα· οὐ γὰρ ἔγκειται τὸ νέφος· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ δεδέσθαι οὐκ ἔγκειται.*

809. Libri *ἀσέβεια μεγάλη*, adscripto in Ven. a. *ποικίλη* quod K. ex correctione Triclinii habet. *Μαινολὶς* scribendum esse ad Orphei hymn. XLV. 2. pag. 309. monui: idque postea etiam Porsonum repperisse testatus est Dobraeus apud Kiddium p. 201.

811. Ven. a. b. cum Ald. et plerisque codd. *θανάτου γὰρ ἀμφὶ φόβῳ.* K. Flor. 6. 9. *θανάτου δ' ἀμφὶ φόβῳ*, quod cum Brunckio recepit Porsonus. Ea vero Triclinii correctio est. *Γὰρ* refertur ad ilia, ad quae redit chorus, quae sunt in fine strophae: *ὅθεν φόνῳ φόνος ἐξαμείβων δι' αἵματος οὐ προλείπει δισσοῖσιν Ἀτρείδαις.*

812. Pro vulgato *ἰάχησε* Porsonus *ἰάκχησε* scripsit, quod etsi non plane necessarium erat, tamen, quia etiam in strophico versu anapaestus est, servandum duxi.

814. Ald. Flor. 10. 33. Turn. Havn. Ven. a. b. *κτείνων σὰν ματέρα.* Ceteri *κτείνων σὴν ματέρα*, praeter K. in quo ex pessima correctione Triclinii *κτείνων γε ματέρα* scriptum. Hoc prae metri cura sententiam parvi aestimantes receperunt Brunckius et Porsonus. At *σὰν* quoque non solum metri indicio, sed etiam quia languet, alienam manum prodit. Scilicet interpungebatur sic: *τέκνον, οὐ τολμᾷς ὅσια, κτείνων σὰν ματέρα· μὴ πατρῴαν τιμῶν χάριν ἐξανάψῃ δύςκλειαν ἐςαιεί.* Erat vero *δὲ* pro inepto isto *σὰν* vel *σὴν* ponendum, graviorque restituenda sententia mutatione interpunctionis.

817. Si haec, ut putabatur, epodus est, certe existimanda est ex

τίς ἔλεος μείζων κατὰ γᾶν
ἢ ματροκτόνον αἷμα χειρὶ θέσθαι;

στροφὴ β΄.

οἷον ὅγ᾽ ἔργον τελέσας
ἐκβεβάκχευται μανίαις,
Εὐμενίσιν θήραμα φόνῳ
δρομάσι δινεύων βλεφάροις
παῖς Ἀγαμεμνόνειος.

ἀντιστροφὴ β΄.

ὦ μέλεος, ματρὸς ὅτε
χρυσοπηνήτων φαρέων
μαστὸν ὑπερτέλλοντ᾽ ἐςιδὼν
σφάγιον ἔθετο ματέρα, πεν-
θέων πατρῴων ἀμοιβάν.

---

proodo et antistrophicis constare, quando, ut iam ab Seidlero observatum erat, de responsione vix dubitari potest. Si non est epodus, novasse censendus est Euripides formam stasimi, ut mesodum interponeret antistrophicis. Quomodo scribendi sint versus, indicavi in Elem. doctr. metr. p. 541. Ald. et Mss. *δάκρυα καί*, praeter K. qui *δάκρυ᾽ ἤ*, quem cum Brunckio secutus est Porsonus.

819. Libri *ματροκτόνον*. Schaeferus scribendum putabat *ματρόκτονον*, id ut esset *μητρὸς φονευθείσης αἷμα*. Magis poeticum est *μακροκτόνον*, quoniam *αἷμα* etiam caedem significat.

820. Ald. et aliquot codd. *οἷον, οἷον ἔργον*. Multi semel *οἷον*. I. *οἷον ὅςτ᾽ ἔργον*. Scripsi *οἷον ὅγ᾽ ἔργον*.

821. Libri *βεβάκχευται*. Scripsi *ἐκβεβάκχευται*.

822. Legebatur *Εὐμενίσι*.

824. Brunckius et Porsonus cum Ald. et plerisque codd. *Ἀγαμεμνόνειος παῖς*, sublato omni numero. Ven. a. et quattuor alii codices *Ἀγαμεμνόνιος παῖς*. Mutavi ordinem verborum cum Seidlero.

826. Ven. b. et aliquot codd. *χρυσεοπηνίτων*. Ceteri libri *χρυσεοπηνήτων*. Scripsi *χρυσοπηνήτων*.

828. Vulgo *πατρῴων παθέων ἀμοιβάν*. Aug. d. Havn. atque, ut videtur, Mosc. a. *πενθέων*, adscripto *γρ. παθέων*. Hinc *πενθέων πατρῴων ἀμοιβὰν* restitui.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

γυναῖκες, ἤπου τῶνδ' ἀφώρμηται δόμων
τλήμων Ὀρέστης θεομανεῖ λύσσῃ δαμείς;

ΧΟΡΟΣ.

ἥκιστα· πρὸς δ' Ἀργεῖον οἴχεται λεών,
ψυχῆς ἀγῶνα τὸν προκείμενον πέρι
δώσων, ἐν ᾧ ζῆν ἢ θανεῖν ὑμᾶς χρεών.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἴμοι· τί χρῆμ' ἔδρασε; τίς δ' ἔπεισέ νιν;

ΧΟΡΟΣ.

Πυλάδης· ἔοικε δ' οὐ μακρὰν ὅδ' ἄγγελος
λέξειν τὰ κεῖθεν σοῦ κασιγνήτου πέρι.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ τλῆμον, ὦ δύστηνε τοῦ στρατηλάτου
Ἀγαμέμνονος παῖ, πότνι' Ἠλέκτρα, λόγους
ἄκουσον οὓς σοι δυστυχεῖς ἥκω φέρων.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

αἰαῖ· διοιχόμεσθα· δῆλος εἶ λόγῳ.

---

830. Videntur libri omnes *ἤπου* habere. Huic tamen loco nescio an magis conveniat *οὔ που*, quod cum illo saepe permutatur. De eo vide ad Iph. Aul. 676. et ad Iph. Taur. 904.

834. Scriptor Christi patientis v. 416. *ψυχῆς ἀγῶνα τὸν προκείμενον πέρι δραμούμενος καθ' ὃν θανεῖν ἐστὶ κρίσις.* Et v. 441. *ψυχῆς ἀγῶνα τὸν προκείμενον πέρι τρέχοντος, ᾧ ζῶντ' ἢ θανόντα νῦν ἴδοις. Δώσων ἀγῶνα* recte interpretatur Schaeferus *copiam facturus iudicii.*

841. Post hunc versum libri habent hunc alium: *κακῶν γὰρ ἥκεις ὡς ἔοικεν ἄγγελος*, agnitum a scriptore Christi patientis v. 150. Eum Brunckius, ut aliunde illatum eiecit, Porsonus uncinis inclusit. Sine idonea caussa damnari iudicavit Matthiae. At non modo langui-

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ψήφῳ Πελασγῶν σὸν κασίγνητον θανεῖν
καὶ σ', ὦ τάλαιν', ἔδοξε τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἴμοι· προςῆλθεν ἐλπίς, ἣν φοβουμένη
πάλαι τὸ μέλλον ἐξετηκόμην γόοις.
ἀτὰρ τίς ἁγών, τίνες ἐν Ἀργείοις λόγοι
καθεῖλον ἡμᾶς κἀπεκύρωσαν θανεῖν,
λέγ', ὦ γεραιέ, πότερα λευσίμῳ χερὶ
ἢ διὰ σιδήρου πνεῦμ' ἀποῤῥῆξαί με δεῖ,
κοινὰς ἀδελφῷ συμφορὰς κεκτημένην.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἐτύγχανον μὲν ἀγρόθεν πυλῶν ἔσω
βαίνων, πυθέσθαι δεόμενος τά τ' ἀμφὶ σοῦ
τά τ' ἀμφ' Ὀρέστου· σῷ γὰρ εὔνοιαν πατρὶ
ἀεί ποτ' εἶχον, καί μ' ἔφερβε σὸς δόμος
πένητα μέν, χρῆσθαι δὲ γενναῖον φίλοις.
ὁρῶ δ' ὄχλον στείχοντα καὶ θάσσοντ' ἄκραν,
οὗ φασι πρῶτον Δαναὸν Αἰγύπτῳ δίκας
διδόντ' ἀθροῖσαι λαὸν εἰς κοινὰς ἕδρας.
ἀστῶν δὲ δή τιν' ἠρόμην ἄθροισμ' ἰδών,

---

dissimam facit sententiam, sed turbat etiam aequalem versuum inter personas distributionem. Nec videtur eum habuisse scholiastes ad v. **832**. qui trimetros, quos in libris **116**. habemus, numerat **113**. Is numerus relinquitur, eiecto hoc et duobus aliis versibus, de quibus v. ad v. **896**. **916**.

845. Nescio quid Matthiae sibi voluerit, quum Brunckium probavit, qui verba sic construi voluit, *προςῆλθεν ἐλπίς, ἣν ἐξετηκόμην γόοις, πάλαι φοβουμένη τὸ μέλλον*. Nihil opus hoc artificio. Sententia est: *evenit res a me exspectata, quam dudum metuens futura deflevi.*

849. Aug. d. Ven. b. *χρή*.

856. Scriptor Christi patientis v. **377**. *φθάσαντ' ἄκραν*.

τί καινὸν Ἄργει; μῶν τι πολεμίων πάρα
ἄγγελμ' ἀνεπτέρωκε Δαναϊδῶν πόλιν;
ὁ δ' εἶπ', Ὀρέστην κεῖνον οὐχ ὁρᾷς πέλας
στείχοντ', ἀγῶνα θανάσιμον δραμούμενον;
ὁρῶ δ' ἄελπτον φάσμ', ὃ μήποτ' ὤφελον,
Πυλάδην τε καὶ σὸν σύγγονον στείχονθ' ὁμοῦ,
τὸν μὲν κατηφῆ καὶ παρειμένον νόσῳ,
τὸν δ' ὥστ' ἀδελφὸν ἴσα φίλῳ λυπούμενον,
νόσημα κηδεύοντα παιδαγωγίᾳ.
ἐπεὶ δὲ πλήρης ἐγένετ' Ἀργείων ὄχλος,
κῆρυξ ἀναστὰς εἶπε, τίς χρῄζει λέγειν,
πότερον Ὀρέστην κατθανεῖν ἢ μὴ χρεὼν
μητροκτονοῦντα; κἀπὶ τῷδ' ἀνίσταται
Ταλθύβιος, ὃς σῷ πατρὶ συνεπόρθει Φρύγας.
ἔλεξε δ', ὑπὸ τοῖς δυναμένοισιν ὢν ἀεί,
διχόμυθα, πατέρα μὲν σὸν ἐκπαγλούμενος,
σὸν δ' οὐκ ἐπαινῶν σύγγονον, καλοῖς κακοὺς
λόγους ἑλίσσων, ὅτι καθισταίη νόμους
εἰς τοὺς τεκόντας οὐ καλούς, τὸ δ' ὄμμ' ἀεὶ
φαιδρωπὸν ἐδίδου τοῖσιν Αἰγίσθου φίλοις.
τὸ γὰρ γένος τοιοῦτον· ἐπὶ τὸν εὐτυχῆ
πηδῶσ' ἀεὶ κήρυκες· ὅδε δ' αὐτοῖς φίλος,
ὃς ἂν δύνηται πόλεος ἔν τ' ἀρχαῖσιν ᾖ.

---

861. Ald. Flor. **33.** *ἀνεπτέρωσε.* Ceteri et scriptor Christi patientis v. **380.** *ἀνεπτέρωκε*, qui etiam *πόλιν* tuetur, pro quo in Havn. Aug. d. *ὄχλον.* In hoc adscriptum *γρ. πόλιν*, in Ven. a. *γρ. ὄχλον.*

867. Omissum *φίλῳ* in Aug. d. Pro eo Ven. a. *φίλον.*

868. Quod in scholiis pro explicatione est, *χειραγωγίᾳ*, in Vat. I. per *γρ.* ut alia lectio adscriptum.

876. Libri et scholiastae *καλοῖς κακούς*, nisi quod Flor. **33.** *κακοῖς καλούς*, Havn. autem *κακοῖς κακούς.* Valckenarius in Diatr. p. **209.** coniecerat *καλῶς κακούς.* Ut consueverunt, hunc Brunckius, Brunckium Porsonus secuti sunt. Schaeferus suam fecit metaphrastae explicationem, *ἀντὶ τοῦ συνείρων καὶ συμπλέκων καλοῖς.*

882. Matthiae *πόλεος* simul ad *δύνηται* et ad *ἐν ἀρχαῖσιν* ?

ἐπὶ τῷδε δ' ἠγόρευε Διομήδης ἄναξ.
οὗτος κτανεῖν μὲν οὔτε σ' οὔτε σύγγονον
εἴα, φυγῇ δὲ ζημιοῦντας εὐσεβεῖν.
λαοὶ δ' ἐπεῤῥόθησαν ὡς καλῶς λέγοι,
οἳ δ' οὐκ ἐπῄνουν. κἀπὶ τῷδ' ἀνίσταται
ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχύων θράσει,
Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος, ἠναγκασμένος,

---

refert, merito dubitans de Porsoni opinione, qui copulam encliticam numquam apud veteres Graecos post praepositionem inferri ratus, nisi ea sententiae membrum inchoet, Atheniensem ἔν τε πόλεος ἀρχαῖς vel ἐν πόλεος τε ἀρχαῖς dicere potuisse, non potuisse dicere πόλεος ἔν τ' ἀρχαῖς ait. Confudit Porsonus diversa. Nam si modo ante suum nomen posita est praepositio, ut quum ἔν τ' ἀρχαῖς dicitur, et sequi et praecedere potest πόλεος, quod huius nominis positura non ex grammatica, sed ex rhetorica ratione pendet. Si vero postposita est nomini suo praepositio, ut si dicas πυρὸς ῥιπῇ θ' ὕπο, praecedere copulam necesse est, nec potest dici πυρὸς ῥιπῇ ὑπό τε, non quia πυρὸς initio membri positum sit, sed quia etiam si vel abesset vel postpositum esset per grammaticam rationem non potest dici ῥιπῇ ὑπό τε.

883. Scholiastes: Διομήδης· ὁμώνυμος τῷ ἐν τῇ Τροίᾳ. Fallitur. Nam etsi in Philocteta Lemnium quemdam Hectorem finxisse dicitur Euripides, hic certe perinepte nulla necessitate cogente aliquem Diomedem nominasset. Immo ipsum illum Tydei filium memorat. Is enim Argis versatus videtur, ut de quo Nestor in Odyss. III. 180. de reditu Graecorum exponens, dicat: τέτρατον ἦμαρ ἔην, ὅτ' ἐν Ἄργεϊ νῆας ἐΐσας Τυδεΐδεω ἕταροι Διομήδεος ἱπποδάμοιο ἕστασαν· αὐτὰρ ἔγωγε Πύλονδ' ἔχον.

886. Aliquot codices versum praebent septem pedum, λαοὶ δ' ἐπεῤῥόθησαν οἳ μὲν ὡς καλῶς λέγοι. K. et duo Leidenses apud Valckenarium ad Phoen. 1244. male abiecto λέγοι versui prospexerunt. Ald. et undecim minimum codd. omisso λαοί, quod, ut Matthiae putat, posuerat scriba in mente habens Hecubae versum 553. praebent ἐπέῤῥόθησαν δ'. Porsono visus est Euripides scripsisse: λαοὶ δ' ἐπέῤῥόθησαν ὡς καλῶς λέγοι, idque non solum per se veri simile est, quia mirum esset ni glossatores adiecissent explicandi caussa οἳ μέν, sed etiam aptius videtur. Nam sic si loquitur nuntius, maiorem partem populi assensisse Diomedi subindicat, eoque magis elucescit pravitas illius hominis, cuius deinceps memoratur oratio. Quare hoc recepi.

889. Valckenarius quum in Diatr. p. 256. locum hunc afferens hunc versum omisisset, Beckio visus est eum pro spurio habuisse. Est is si quisquam genuinus. Olympiadis XCII. anno 3. biennio ante actam hanc fabulam, quum Alcibiades Lacedaemonios ad Cyzicum vicis-

θορύβῳ τε πίσυνος κἀμαθεῖ παῤῥησίᾳ,
πιθανὸς ἔτ' αὐτοὺς περιβαλεῖν κακῷ τινι.
ὅταν γὰρ ἡδὺς τοῖς λόγοις, φρονῶν κακῶς,
πείθῃ τὸ πλῆθος, τῇ πόλει κακὸν μέγα·
ὅσοι δὲ σὺν νῷ χρηστὰ βουλεύουσ' ἀεί,
κἂν μὴ παραυτίκ', αὖθίς εἰσι χρήσιμοι
πόλει. θεᾶσθαι δ' ὧδε χρὴ τὸν προστάτην

---

set, hique pacis conditiones offerrent, Cleophon ad bellum excitavit Athenienses, quod tam infeliciter cessit, ut postea numquam ad priorem potentiam emergerent. Vide Diodorum XIII. 53. Homo iste genus a Thracibus ducere putabatur: unde hic *Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος* dictum. Copiose de eo disseruit Fritzschius ad Aristophanis Thesmoph. p. 298. seqq. Dicitur autem *ἠναγκασμένος*, quod *ὢν οὐκ ἀστὸς εἰςβιάζεται*, ut est apud Aristophanem Av. 32.

891. Libri *πιθανὸς ἔτ' αὐτοὺς*, nisi quod I. *ὅτ'* et Vict. *ὥστ'* pro *ἔτ'*: Valckenarius l. c. *ἀστοὺς* scripsit, quod receperunt Brunckius et Porsonus, probavitque Elmsleius ad Suppl. 355. Porsono confirmari visum est glossa in R. adscripta *τοὺς πολίτας*, quam Schaeferus magis vulgatae defendendae opportunam putat. Obloquitur Matthiae, nihil hic praecessisse dicens, ad quod referatur illud *αὐτούς*. At, si in ipsius editione non *λαοὶ* praecedit, certe *οἱ μὲν* et *οἱ δὲ* ostendunt qui sint illi *αὐτοί*. Sed haeret Matthiae etiam in *ἔτι*. Id vero recte interpretatus est Schaeferus. Significatur eo, oratorem istum ea suada esse, ut si non statim, at aliquando tamen magnum in malum rem publicam coniiciat.

892. Libri et Stobaeus XLV. 5. *ὅταν γὰρ ἡδὺς τοῖς λόγοις.* Brunckius ex Musgravii coniectura *ἡδύς τις λόγοις.*

894. Stobaei codex A. *βουλεύωσ'.* B. *βουλεύσωσ'.*

896. Libri plerique: *θεᾶσθαι δ' ὧδε χρὴ τὸν προστάτην ἰδόνθ'· ὅμοιον γὰρ τὸ χρῆμα γίγνεται τῷ τοὺς λόγους λέγοντι καὶ τιμωμένῳ.* Porsonus in paucis codd. esse ait *καὶ τιμωρουμένῳ.* Id habet certe Aug. d. adiecto *τῷ βασιλεῖ.* Musgravius coniiciebat *χερί τ' ἰωμένῳ*, unde peius quid excogitavit Brunckius, *τῷ τ' ἰωμένῳ*, medicum, quod fieri non potest, isto participio significari ratus. Unus scholiastarum: *τὸν προεστῶτα τῆς πόλεως, τουτέστι τὸν δημαγωγόν, οὕτως ἀφορῶντα πρὸς τὸν λέγοντα δεῖ κρίνειν· ὁμοίως γάρ, φησίν, ἀποβαίνει τὸ πρᾶγμα καὶ τῷ λέγοντι καὶ τῷ ἀκούοντι· ὥςπερ γάρ, ἐὰν ᾖ ὁ συμβουλεύων κακός, ἀσύμφορόν ἐστι τῇ πόλει, οὕτως καί, ὅταν ὁ ἀκούων κακῶς ἀκούῃ, πάλιν οὐ σύμφορος.* Hic quidem legisse videtur *κἀκρωωμένῳ.* Sed patet quae dicit aliena esse. Alius: *ὁ δὲ τοῦ δήμου προϊστάμενος ὀφείλει τοιούτους ἐπιλέξασθαι δημηγόρους, τοὺς καὶ χρησιμεύειν μέλλον-*

ἰδόνθ᾽· ὅμοιον γὰρ τὸ χρῆμα γίγνεται.
ὃς εἶπ᾽ Ὀρέστην καὶ σ᾽ ἀποκτεῖναι πέτροις
βάλλοντας· ὕπο δ᾽ ἔτεινε Τυνδάρεως λόγους
τῷ σφὼ κατακτείνοντι τοιούτους λέγειν.
ἄλλος δ᾽ ἀναστὰς ἔλεγε τῷδ᾽ ἐναντία,
μορφῇ μὲν οὐκ εὐωπός, ἀνδρεῖος δ᾽ ἀνήρ,
ὀλιγάκις ἄστυ κἀγορᾶς χραίνων κύκλον,
αὐτουργός, οἵπερ καὶ μόνοι σῴζουσι γῆν,
ξυνετὸς δὲ χωρεῖν ὁμόσε τοῖς λόγοις λέγων,
ἀκέραιος, ἀνεπίληπτον ἠσκηκὼς βίον·
ὃς εἶπ᾽ Ὀρέστην παῖδα τὸν Ἀγαμέμνονος
στεφανοῦν, ὃς ἠθέλησε τιμωρεῖν πατρί,

τας. ὁμοίως γὰρ τὸ πρᾶγμα γίνεται τῷ τε δημηγόρῳ καὶ τῷ τοῦ δήμου προϊσταμένῳ. Horum priora falsa sunt et abhorrent plane ab Atheniensium rei publicae ratione: propius antem ad verum accedunt posteriora. Nam hoc dicit Euripides: *ita spectans aliquis considerare debet eum qui rei publicae praesit: nam eadem res est:* h. e. quod in oratore, id etiam in eo qui praeest rei publicae spectandum est. Cetera, quorum genuina scriptura haec est, *τῷ τοὺς λόγους λέγοντι καὶ τιμωρουμένῳ*, delevi. Nihil sunt enim aliud quam interpretatio, adscripta ad ea quae sequuntur, *τῷ σφὼ κατακτείνοντι.* Eam metrici in trimetri formam redegerunt. Deletis his recte v. 898. ὃς infertur de malo isto oratore, qui neci dari Orestem et Electram iubebat: quod ὃς aliter ambiguum foret de quo diceretur.

905. Libri: *ξυνετὸς δὲ χωρεῖν ὁμόσε τοῖς λόγοις θέλων.* Matthiae hoc dici putabat: *qui verbis concertare cum aliis scit, quum vult:* nam *ὀλιγάκις* eum urbem intrare. At haec non modo inutilis, sed etiam inepta sententia est: non certat enim, quum non vult. Nec *θέλων* aliud est quam *volens*, h. e. *libens.* At hoc quoque ineptum est: nam quid est *peritus libenter certare?* Libentiae enim nulla peritia est. Scholiastae dubitant utrum *τοῖς λόγοις* de aliorum, an de ipsius huius viri orationibus accipiendum sit. Certo de aliorum. Etenim vix credo dubitari posse quin scripserit Euripides quod posui, *ξυνετὸς δὲ χωρεῖν ὁμόσε τοῖς λόγοις λέγων.*

906. Cant. Flor. 2. Ven. b. *ἀκέραιον.* Deinde Cantabr. Par. A. Flor. 2. 10. Taur. Aug. d. Havn. Ven. a. b. et scriptor Christi patientis v. 394. *ἀνεπίπληκτον.* Ceteri *ἀκέραιος, ἀνεπίληπτον.* Hesychius: *ἀνεπίληπτον. ἄμεμπτον, ἀκατάγνωστον.*

907. Ald. aliaeque edd. vett. male et contra codices *ὃς γ᾽ εἶπ᾽.*

κακὴν γυναῖκα κἄθεον κατακτανών,
ἢ κεῖν' ἀφῄρει, μήθ' ὁπλίζεσθαι χέρα
μήτε στρατεύειν ἐκλιπόντα δώματα,
εἰ τἄνδον οἰκουρήμαθ' οἱ λελειμμένοι
φθείρουσιν, ἀνδρῶν εὔνιδας λωβώμενοι.
καὶ τοῖς γε χρηστοῖς εὖ λέγειν ἐφαίνετο,
κοὐδεὶς ἔτ' εἶπε. σὸς δ' ἐπῆλθε σύγγονος,
ἔλεξε δ', ὦ γῆν Ἰνάχου κεκτημένοι,
ὑμῖν ἀμύνων οὐδὲν ἧσσον ἢ πατρὶ
ἔκτεινα μητέρ'. εἰ γὰρ ἀρσένων φόνος
ἔσται γυναιξὶν ὅσιος, οὐ φθάνοιτ' ἔτ' ἂν
θνήσκοντες, ἢ γυναιξὶ δουλεύειν χρεών·
τοὐναντίον δὲ δράσετ' ἢ δρᾶσαι χρεών.
νῦν μὲν γὰρ ἡ προδοῦσα λέκτρ' ἐμοῦ πατρὸς
τέθνηκεν· εἰ δὲ δὴ κατακτενεῖτέ με,

---

910. Flor. 2. *ὑφῄρει.*

911. H. *μήτ' ἐκστρατεύειν.*

913. Legebatur hic, ut alibi, *εὐνίδας.* Grammatici *εὔνιδας* scribendum dictitant: v. Etym. M. p. 97, 51. 393, 38. Arcad. p. 32, 17.

916. Post hunc versum legebatur hic: *πάλαι Πελασγοί, Δαναΐδαι δὲ δεύτερον*, in quo plerique codd. et Eustathius p. 357, 31. qui hunc versum etiam p. 320, 1. respicit, et ad Dionysii v. 347. in prioribus editionibus, *δὲ* omittunt. Ven. b. *Δαναοὶ δὲ δεύτερον.* Ex Musgravii sententia hunc versum ut Euripideum quidem, sed ex alia fabula sumptum, recte eiecerunt Brunckius et Porsonus. Matthiae tamen verebatur, ne poeta Orestem suum commemoranda antiquitate et fortuna gentis favorem captare voluerit. At verendum potius erat, ne is qui diceret *εἰ γὰρ ἀρσένων φόνος ἔσται γυναιξὶν ὅσιος*, parum caute Danaidarum appellatione memoriam excitaret undequinquaginta Danai filiarum, absolutarum in iudicio Argivorum, nec punitarum nisi apud inferos.

917. Flor. 10. omittit *οὐδέν.* Flor. 33. *ὑμῖν ἀμύνων μᾶλλον ἢ τοὐμῷ πατρί.*

923. Plerique codices *εἰ δὲ δὴ κατακτανεῖτέ με.* Ven. b. *εἰ δὲ κτανεῖτέ με.* Ald. *εἰ δὲ δὴ κατακτενεῖτέ με.* Porsonus: *εἰ δὲ δὴ κατακτενεῖτ' ἐμέ.* Quem quum secutus esset Matthiae, poenituit eum in adnotatione, quod servaverit *ἐμέ*, ut in quo nulla hic sit emphasis. At esse potest, si inter se opponuntur haec: *mater quum punita est, satisfactum est legi: ego si punior, solvitur lex.*

ὁ νόμος ἀνεῖται, κοὐ φθόνοι θνήσκων τις ἄν,
ὡς τῆς γε τόλμης οὐ σπάνις γενήσεται.
ἀλλ' οὐκ ἔπειθ' ὅμιλον, εὖ δοκῶν λέγειν.
νικᾷ δ' ἐκεῖνος ὁ κακὸς ἐν πλήθει λέγων,
ὃς ἠγόρευε σύγγονον σέ τε κτανεῖν.
μόλις δ' ἔπεισε μὴ πετρουμένους θανεῖν
τλήμων Ὀρέστης· αὐτόχειρι δὲ σφαγῇ
ὑπέσχετ' ἐν τῇδ' ἡμέρᾳ λείψειν βίον
σὺν σοί. πορεύει δ' αὐτὸν ἐκκλήτων ἄπο
Πυλάδης δακρύων· σὺν δ' ὁμαρτοῦσιν φίλοι
κλαίοντες, οἰκτείροντες· ἔρχεται δέ σοι
πικρὸν θέαμα καὶ πρόσοψις ἀθλία.
ἀλλ' εὐτρέπιζε φάσγαν' ἢ βρόχον δέρῃ,
ὡς δεῖ λιπεῖν σε φέγγος· ηὐγένεια δὲ
οὐδέν σ' ἐπωφέλησεν, οὐδ' ὁ Πύθιος
τρίποδα καθίζων Φοῖβος, ἀλλ' ἀπώλεσεν.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ δυστάλαινα παρθέν', ὡς ξυνηρεφὲς
πρόσωπον εἰς γῆν σὸν βαλοῦσ' ἄφθογγος εἶ,
ὡς εἰς στεναγμοὺς καὶ γόους δραμουμένη.

---

924. Ven. b. *ἀφεῖται.*

925. Taur. *σπάνις οὐ γενήσεται.* Flor. **10.** *οὐ γενήσεται σπάνις.*

927. Flor. **10.** *λόγων.* Scriptor Christi patientis v. **411.** cum ceteris libris *λέγων.*

928. Flor. **2.** *ἠγόρευσε.*

929. Hic versus deest in Flor. **18.** Elmsleius quum ad Heracl. **60.** vulgatum *πετρουμένους*, pro quo Flor. **17.** *πετρουμένοις* habet, in *πετρούμενος* mutari iuberet, quod est in Taur. et adscripto *ους* in Aug. d. Havn. ea caussa, quod alioqui significaretur reum difficulter iudicibus persuasisse, ut ne ipsi lapidati morerentur, non videtur cogitasse, etsi per se id significare verba possint, tamen hoc loco, ubi et *σύγγονον σέ τε* praecessit, et res apertissima est, neminem *πετρουμένους* non ad Orestem et Electram esse relaturum. Assensus tamen ei est Matthiae.

937. In Ven. a. adnotatum: *γρ. ὡς οὐ σ' ὁρᾶν δεῖ φέγγος.*

ΗΛΕΚΤΡΑ.

στροφὴ α΄.

κατάρχομαι στεναγμὸν, ὦ Πελασγία,
τιθεῖσα λευκὸν ὄνυχα διὰ παρῄδων,
τὰν αἱματηρὸν ἄταν,
κτύπον τε κρατός, ὃν ἔλαχ᾽ ἃ κατὰ χθονὸς
νερτέρων Περσέφασσα καλλίπαις θεά.
ἰαχείτω δὲ γᾶ Κυκλωπία,
σίδαρον ἐπὶ κάρα τιθεῖσα κούριμον,
πήματ᾽ οἴκων.
ἔλεος, ἔλεος ὅδ᾽ ἔρχεται
τῶν θανουμένων ὕπερ,
στρατηλατῶν Ἑλλάδος πότ᾽ ὄντων.

ἀντιστροφὴ α΄.

βέβακε γάρ, βέβακεν, οἴχεται τέκνων
πρόπασα γέννα Πέλοπος, ὅ τ᾽ ἐπὶ μακαρίοις

---

943. Praemissum vulgo αἶ αἶ non invenitur nisi in perpaucis codicibus. Deinde vulgo στεναγμῶν, sed aliquot codd. στεναγμόν.

945. Addidi τὰν cum Barnesio, nullo in libro inventum.

946. Pro vulgato ἔλαχ᾽ ἃ nonnulli libri ἔλαχε vel ἔλαχεν.

947. Περσέφασσα auctore Musgravio eiecerunt critici. Habent hoc nomen et libri et scholiastae, etiam metricus, de quo falsum praedicat Matthiae.

948. Pro ἰαχείτω Porsonus restituit ἰαχχείτω.

949. Ald. Guelf. Flor. 2. Ven. b. κρᾶτα. Ceteri κάρᾳ, quod Brunckius et Porsonus tenuerunt, vel κάρα, quod Elmsleius in censura meae Supplicum editionis ad v. 303. cum κούριμον coniungendum esse monuit.

950. Eiecta sunt monitu Musgravii a criticis τῶν Ἀτρειδῶν, quae in plerisque libris post οἴκων, in paucis ante πήματ᾽ addita sunt, in quibus sunt Veneti, quorum in a. scriptum est Ἀτρειδᾶν.

953. Ven. a. στρατηλατᾶν. Scholiastes: ἐλεεινότης ἥδε ἔρχεται ἕνεκα τῶν μελλόντων τεθνήξεσθαι παίδων ὄντων τῶν ποτὲ στρατηλατῶν τῆς Ἑλλάδος. Immo ipsi οἱ θανούμενοι vocantur στρατηλάται Ἑλλάδος πότ᾽ ὄντες, quoniam totam gentem Atridarum in mente habet Electra.

ζαλωτὸς ὢν ποτ' οἶκος·
φθόνος νιν εἷλε θεόθεν, ἅ τε δυσμενὴς
φοινία ψῆφος ἐν κακοῖς πολίταις.
ἰὼ ἰώ, πανδάκρυτ' ἐφαμέρων
ἔθνη πολύπονα, λεύσσεθ' ὡς παρ' ἐλπίδας
μοῖρα βαίνει.
ἕτερα δ' ἕτερος ἀμείβεται
πήματ' ἐν χρόνῳ μακρῷ·
βροτῶν δ' ὁ πᾶς ἀστάθμητος αἰών.

στροφὴ β'.

μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ
μέσον χθονός τε τεταμέναν
αἰωρήμασι μυρίαις

---

956. Libri: *ζηλωτὸς ὢν ποτ' οἶκος.* Secuti sunt critici Musgravii coniecturam *ζῆλος ὢν ποτ' οἴκοις.* Satius duxi Doricam formam in librorum scriptura restituere.

958. Libri: *φονία ψῆφος ἐν πολίταις.* Musgravius, qui in strophico versu *Περσέφασσα* eiecit, *φοινία ψῆφος ἐν πόλει* scribendum esse persuasit criticis. Inserui, quod exciderat, *κακοῖς*.

960. Ald. *παρ' ἐλπίδα.* Mss. fere *παρ' ἐλπίδας.*

962. Libri *ἑτέροις.* Porsonus *ἕτερος* restituit.

965. Vulgo: *μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ μέσον χθονὸς τεταμέναν.* Codices nonnulli *καὶ* inserunt post *μέσον* cum Eustathio p. 1700, 21. et 56. Matthiae ex mea emendatione in Elem. doctr. metr. pag. 749. *τε* reposuit.

968. Libri: *αἰωρήμασι πέτραν ἁλύσεσι χρυσέαισι φερομέναν,* praeter Aug. c. Ven. b. in quibus est *χρυσέοισι.* Quod olim ut interpretationem ad *αἰωρήμασι* adscriptam suspectum habebam, *ἁλύσεσι,* quum et libri omnes et scholiastae non solum Euripidis, sed etiam Pindari interpres ad Ol. I. 97. qui hos versus affert, et qui respicit Eustathius p. 1700, 62. tueantur, nunc genuinum esse credo. Sed illud non est veri simile, si *αἰωρήμασι πέτραν* unus versus sit, subiectum ei esse trimetrum brachycatalectum, *ἁλύσεσι χρυσέαισι φερομέναν.* Multo minus ferri potest dimeter, qualem Brunckius et Porsonus, Kingium, ut fere in rebus metricis solent, secuti dederunt, *ἁλύσεσι χρυσέαις φερομέναν,* etsi *χρυσέαις* duo libri scholiorum Pindari habent. Fuit ille versus trimeter, *πέτραν ἁλύσεσι χρυσέαισι φερομέναν.* Sic vero deest aliquid praecedenti versui, qui aut Pherecrateus aut Glyconeus fuit. Id unus tantum conservavit scholiastarum, qui scripsit: ὁ

πέτραν ἁλύσεσι χρυσέαισι φερομέναν
δίναισι βῶλον ἐξ Ὀλύμπου,
ἵν' ἐν θρήνοισιν ἀναβοάσω
γέροντι πατρὶ Ταντάλῳ,
ὃς ἔτεκεν, ἔτεκε γενέτορας ἐμέθεν δόμων,
οἳ κατεῖδον ἄτας,

στροφὴ γ'.

ποτανὸν μὲν δίωγμα πώλων
τεθριπποβάμονι στόλῳ
Πέλοψ ὁπότε πελάγεσι διε-
δίφρευσε, Μυρτίλου φόνον
δικὼν ἐς οἶδμα πόντου,
λευκοκύμοσιν
πρὸς Γεραιστίαις
ποντίων σάλων
ἠόσιν ἁρματεύσας.

στροφὴ δ'.

ὅθεν δόμοισι τοῖς ἐμοῖ-
σιν ἦλθ' ἀρὰ πολύστονος,

δὲ λόγος· εἴθε παραγενοίμην εἰς τὴν μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ τεταμένην πέτραν, ἥτις αἰωρεῖται καὶ φέρεται μυρίαις στρεφομένη χρυσαῖς ἁλύσεσιν ἐξ οὐρανοῦ. Hinc recepi *μυρίαις*.

971. Libri *ἀναβοάσω*, praeter H. in quo est *ἀναβοάσωμαι*. Porsonus ex schol. Aristophanis ad Plut. 639. *ἀναβοάσομαι* posuit, quo usitatissimum tragicis metrum in inusitatum mutatur, *ἵνα* ubi interpretans, quod scholiastae recte *ὅπως* significare volunt.

972. Vulgo *γέροντι πατρὶ Ταντάλῳ*. Aug. d. *γέροντι πατέρι*. Mosc. d. Flor. 6. 9. 17. 18. 21. 34. Aug. b. c. *πατρὶ γέροντι*.

975. Libri *τὸ πτανόν*. Emendavit Porsonus.

977. Ald. Flor. 10. e correctione *ὁπότε*. Ceteri *ὅτε*, labante metro servatum a Brunckio et Porsono.

981. Ald. *Γεραστίαις*, forma saepius obvia. Codices, ut videtur, consentiunt in *Γεραιστίαις*.

984. Legebatur *ἐμοῖς*, interrupto numero iambico.

λόχευμα ποιμνίοισι Μαιάδος τόκου,
τὸ χρυσόμαλλον ἀρνὸς ὁπότ'
ἐγένετο τέρας ὀλοὸν ὀλοὸν
'Ατρέος ἱπποβότα·

στροφὴ ε'.

ὅθεν ἔρις τό τε πτερωτὸν
ἁλίου μετέβαλεν ἅρμα,
τὰν πρὸς ἑσπέραν κέλευθον
οὐρανοῦ προσαρμόσασα
μονόπωλον ἐς 'Αῶ,

στροφὴ ς'.

ἑπταπόρου τε δρόμημα Πελειάδος
εἰς ὁδὸν ἄλλαν Ζεὺς μεταβάλλει,

---

986. De Musgravii sententia Porsonus cum Brunckio *λόχευμα ποιμνίοισι* posuerunt v. 988. post *ὀλοόν*, vitiato systemate iambico et contra omnes libros.

988. Multi codd. male semel *ὀλοόν*.

989. Libri *'Ατρέως*, quod correxit Porsonus. Deinde Ven. b. cum aliquot codd. *ἱπποβάτα*. Recte libri ceteri *ἱπποβότα*.

990. Vulgo *τὸ πτερωτόν*. Multi codd. *τό τε πτερωτόν*.

991. Porsonus *ἁλίου* restituit pro *ἀελίου* vel *ἠελίου*.

993. Recte ab Heathio repositum est *προςαρμόσασα*. Quod Porsonus in plerisque Mss. et Aldina esse ait, *μεθαρμόσας*, error est. Habent Ald. et Mss. *προςαρμόσας*. Neque in scholiis quod iis Matthiae tribuit *μεθαρμόσασα* invenio, nisi in lemmate, quod tamen pro explicatione habendum esse ex metaphrasi ad v. 970—1004. apparet, in qua legitur *προςαρμόσασα, ἀντὶ τοῦ μεθαρμόσασα καὶ μεταλλάξασα*. Aliquot codices turbato verborum ordine *προςαρμόσασ' οὐρανοῦ*, quod mire infelix metrorum iudex Matthiae non dubitavit recipere.

994. Vulgo *εἰς ἀῶ*. Plerique codd. *ἐς ἀῶ*. *Μονόπωλον* inepte interpretantur scholiastae *εἰς μίαν ἡμέραν*.

995. Ald. et plerique codd. *ἑπταπόρου τε δρομήματα πλειάδος*. Ven. a. Havn. *δραμήματα*. Taur. *δράμημα*. Aliquot alii *δρόμημα*, quod quum etiam Philoponus ad Aristot. Meteorolog. I. vol. 1. p. 203. ed. Ideleri, confirmet, Porsonus ex Eustathio p. 1713, 7. restituit *δρόμημα Πελειάδος*.

τῶνδέ τ' ἀμείβει ἀεὶ θανάτους θανά-
των τά τ' ἐπώνυμα δεῖπνα Θυέστου
λέκτρα τε Κρήσσας Ἀερόπας δολί-
ας δολίοισι γάμοις, τὰ πανύστατα δ'
εἰς ἐμὲ καὶ γενέταν ἐμὸν ἤλυθε
πολυστόνοισιν δόμων ἀνάγκαις.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν ὅδε σὸς ξύγγονος ἕρπει
ψήφῳ θανάτου κατακυρωθείς,
ὅ τε πιστότατος πάντων Πυλάδης
*ἰσάδελφος ἀνήρ, * * ἰθύνων*

---

997. Libri: *τῶνδέ τ' ἀμείβει θανάτους θανάτων*, male interrupto anapaestis systemate dactylico. Scilicet exciderat *ἀεὶ* post *ἀμείβει*, quod restitui. Dubitant autem scholiastae, qui *ἀμείβειν* dicitur utrum Iuppiter sit an Mercurius. Iovem intelligens Matthiae impeditam et contortam interpretationem protulit. At nominativi sunt *δεῖπνα* et *λέκτρα*, quae Atridarum *θανάτους θανάτων ἀμείβειν* dicuntur.

1001. Libri *ἤλυθε*. In Mosc. d. supra scriptum *ἦλθε* ut Porsonus cum Brunckio scripsit.

1002. Vulgo: *δόμων πολυπόνοις ἀνάγκαις*. Mosc. d. Ven. b. *πολυστόνοις*, ut Kingius edidit, quod ita legisse scholiastam metricum intelligeret. Flor. 2. *δόμων σὺν πολυπόνοις ἀνάγκαις*, quod videtur ex interpretatione adiectum, quum in scholiis legamus: *πολυπόνοις. λείπει ἡ σύν, σὺν πολυστόνοις ἀνάγκαις*. Si a poeta profectum esset *σύν*, aptus claudendo systemati esset trimeter catalecticus, *πολυστόνοισι σὺν δόμων ἀνάγκαις*. Sed quum interpretis esse videatur, alius putandus est nec minus usitatus in fine stropharum versus positus fuisse: *πολυστόνοισιν δόμων ἀνάγκαις*.

1003. Omissum vulgo *σὸς* praebuerunt Florentini omnes, Guelf. Ven. a. b.

1004. Hesychius: *κατακυρωθείς. κατακριθείς*. Haec etiam in scholiis leguntur.

1006. Libri: *ἰσάδελφος ἀνὴρ ἰθύνων νοσερὸν κῶλον Ὀρέστου*. Porsonus ex Heathii coniectura recepit *ὀρθῶν*, quod merito miratus Elmsleius ad Heracl. 614. coniecit *ἐξιθύνων*, delendumque censuit *Ὀρέστου*, quod omissum est in Flor. 21. 34. Sine dubio rectam viam ingressus est Elmsleius, sed de *ἐξιθύνων* dubitare licet. Mihi veri similius videtur adverbium excidisse, ut *πέλας* vel *ἀτρέμ' ἰθύνων*

νοσερὸν κῶλον
ποδὶ κηδοσύνῳ παράσειρος.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἴ 'γώ· πρὸ τύμβου γάρ σ' ὁρῶσ' ἀναστένω,
ἀδελφέ, καὶ πάροιθε νερτέρων πυρᾶς.
οἴ 'γὼ μάλ' αὖθις· ὥς σ' ἰδοῦσ' ἐν ὄμμασιν
πανυστάτην πρόσοψιν ἐξέστην φρενῶν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐ σῖγ' ἀφεῖσα τοὺς γυναικείους γόους
στέρξεις τὰ κρανθέντ'; οἰκτρὰ μὲν τάδ', ἀλλ' ὅμως
φέρειν σ' ἀνάγκη τὰς παρεστώσας τύχας.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

καὶ πῶς σιωπῶ, φέγγος εἰςορᾶν θεοῦ
τόδ' οὐκέθ' ἡμῖν τοῖς ταλαιπώροις μετόν;

1010. Vulgo *νερτέρων πυρᾶς.* Comparat Porsonus *νερτέρων στέφη* in Troad. 1247. Addere poterat *νερτέρων ἀγάλματα* Alcest. 614. *θύματα νερτέρων* Ion. 1234. atque ex ipso Oreste 122. *νερτέρων δωρήματα.* Codd. fere omnes et scholiastes *νερτέρου πυρᾶς.* Flor. 2. *νερτέρας.*

1011. Ald. Havn. Aug. c. d. *ὡς ἰδοῦσ' ὄμμασι.* Aliquot codd. *ὡς ἰδοῦσά σ' ὄμμασι.* Alii *ὡς ἰδοῦσά σ' ἐν ὄμμασι.* Porsonus *ὥς σ' ἰδοῦσ' ἐν ὄμμασι.*

1013. Par. A. Flor. 2. 10. 21. Taur. Aug. b. d. Ven. a. b. et duo Leideoses apud Valck. ad Phoen. 1319. *λόγους.* In Aug. d. Ven. a. adscriptum *γρ. γόους,* quae Aldinae et ceterorum librorum scriptura est.

1015. Ald. Ven. a. b. aliique codd. *φέρειν σ' ἀνάγκη.* Omisit pronomen cum Kingio et aliquot codd. Porsonus. Aptius videtur servari, quoniam de sola Electra loquitur Orestes, ipse paratus ad ferendam inevitabilem sortem.

1016. Libri: *καὶ πῶς σιωπῶ, φέγγος εἰςορᾶν θεοῦ τόδ' οὐκέθ' ἡμῖν τοῖς ταλαιπώροις μέτα;* Transposuerunt editores signum interrogationis post *σιωπῶ.* At ita non scripsit Euripides: narrare enim Electra Oresti videretur moriendum esse. Interpunctio quidem veterum editionum recte se habet, sed in scriptura vitium est. Reponen-

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μή σύ γέ μ' ἀπόκτειν'· ἅλις ἀπ' Ἀργείας χερὸς
τέθνηχ' ὁ τλήμων· τὰ δὲ παρόντ' ἔα κακά.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ μέλεος ἥβης σῆς, Ὀρέστα, καὶ πότμου
θανάτου τ' ἀώρου. ζῆν ἐχρῆν σ', ὅτ' οὐκέτ' εἶ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μὴ πρὸς θεῶν μοι περιβάλῃς ἀνανδρίαν,
εἰς δάκρυα πορθμεύουσ' ὑπόμνησιν κακῶν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

θανούμεθ'· οὐχ οἷόν τε μὴ στένειν κακά.
πᾶσιν γὰρ οἰκτρὸν ἡ φίλη ψυχὴ βροτοῖς.

---

dum erat quod iam Musgravio in mentem venit: *καὶ πῶς σιωπῶ, φέγγος εἰςορᾶν θεοῦ τόδ' οὐκέθ' ἡμῖν τοῖς ταλαιπώροις μετόν.* Nam sententia certe haec inesse in verbis debet, reddideruntque eam haec duo scholia: *καὶ πῶς σιωπήσω, ἐπεὶ οὐκέτι μέτεστιν ἡμῖν τοῖς ἀθλίοις βλέπειν τόδε τὸ φῶς τοῦ ἡλίου; ἐπεὶ τὸ φῶς τοῦ ἡλίου οὐ μέτεστιν ἡμῖν τοῖς ταλαιπώροις.* Illud tamen dubitari potest, utrum *μετόν* scripserit poeta, an *εἴ γ' ὁρᾶν μέτα.* Praetuli id quod et elegantius videbatur, et ad sententiam rectius: nam *εἴπερ* potius quam *εἴ γε* dicendum erat.

1018. Quod legebatur, *σὺ μή μ' ἀπόκτειν'*, etsi recte dictum est, si sequentia spectantur, tamen quo modo ad praecedentia apte responderi potuerit pronomine in principio collocato, non apparet. Flor. 2. bonus codex, *μὴ σύ μ' ἀπόκτειν'*. Unde scripsi *μὴ σύ γέ μ' ἀπόκτειν'*. Tum libri plerique *ὑπ' Ἀργείας χερός*, sed Flor. 2. 10. 33. Taur. Ven. a. *ἀπ' Ἀργείας χερός*, quod praestare iudicavi. *Χερὸς* interpretantur glossatores *ὑπὸ τῆς τῶν Ἀργείων δυναστείας.* Mihi videtur *χειροτόνησις* intelligenda.

1020. Quinque codices *ὦ τλῆμον*, quod in aliis ut diversa lectio adscriptum.

1021. Ven. b. *ζῆν σ' ἐχρῆν.*

1022. In Havn. Aug. d. omissum est *μοι*, pro quo Taur. Ven. a. *μου.* In Mosc. a. Aug. c. ad *περιβάλῃς* adscriptum *γρ. προς.* Id ad talem scripturam videtur pertinere: *μὴ πρὸς θεῶν με προςβάλῃς ἀνανδρίᾳ.* Nam in Aug. c. *μοι* sic scriptum est ut nescias *μοι* an *μὴ* sit, in Ven. a. b. autem est *ἀνανδρία.*

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τόδ' ἦμαρ ἡμῖν κύριον· δεῖ δ' ἢ βρόχους
ἅπτειν κρεμαστούς, ἢ ξίφος θήγειν χερί.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

σύ νύν μ', ἀδελφέ, μή τις Ἀργείων κτάνῃ,
ὕβρισμα θέμενος τὴν Ἀγαμέμνονος γόνον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἅλις τὸ μητρὸς αἷμ' ἔχω· σὲ δ' οὐ κτενῶ,
ἀλλ' αὐτόχειρι θνῆσχ' ὅτῳ βούλει τρόπῳ.

1026. Exilis caussa est, qua Elmsleius ad Med. 326. not. 5. scribi volebat δεῖ δὴ βρόχους.

1027. Cant. Flor. 6. Ven. a. θίγειν. Aug. c. d. θιγεῖν. Flor. 10. ἢ χερὶ ξίφος θίγειν. Aug. b. χεροῖν.

1029. Libri: ὕβρισμα θέμενος τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον. Scholiastes: γράφεται καὶ δόμον. οὕτω γὰρ καὶ Καλλίστρατός φησιν Ἀριστοφάνη γράφειν. Tacent critici, et Matthiae ne mentionem quidem fecit lectionis Aristophaneae: quae etsi vix cuiquam probabitur, tamen ostendit falsam visam esse grammatico alteram scripturam. Non enim opinor sentiebat, ut scholiastes ad v. 81. qui ibi τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον interpretatur τοὺς παῖδας τοῦ Ἀγαμέμνονος, sed censebat verba ista et illic et v. 314. non posse nisi de Oreste intelligi, eoque hic, ubi de se loquitur Electra, usurpari non potuisse. Illa quidem dicere debebat τὴν Ἀγαμέμνονος γόνον, nec dubitavi id reponere. Nam anapaesto recentior tragoedia in nomine proprio locum concessit, etiam ubi evitari pes ille poterat. Vide ad Soph. Philoct. 794. et infra v. 1538. Ut hic locutus est, ita etiam in Iph. Aul. 794. (800) διὰ σὲ τὰν κύκνου δολιχαύχενος γόνον. Vide ad Viger. p. 930.

1030. Vulgo: ἅλις τὸ μητρὸς αἷμ' ἔχω· σὲ δ' οὐ κτανῶ. Priorem horum partem in v. ἔχω habet etiam Thomas M. Sed Ask. 1. Mosc. a. d. Flor. 17. 25. 34. ἅλις τὸ μητρὸς αἷμ'· ἐγὼ δέ σ' οὐ κτανῶ. Hanc scripturam recepit Matthiae, quia vis non possit esse esse in σέ, quasi dicat Orestes *alium quidem interficiam, at non te*, sed in prima persona, cui opponatur ἀλλ' αὐτόχειρι θνῆσκε τρόπῳ: nam quum librarii errore verbis transpositis scriptum esset ἐγὼ σὲ δ' οὐ κτανῶ, quod in Cant. L. Guelf. Flor. 6. 9. 18. 21. Aug. c. inveniri, mutatum esse ἐγὼ in ἔχω. Contra Porsonus, speciosam quidem istam scripturam esse fassus, tamen merum errorem esse, quia

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἔσται τάδ᾽· οὐδὲν σοῦ ξίφους λελείψομαι·
ἀλλ᾽ ἀμφιθεῖναι σῇ δέρῃ θέλω χέρας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τέρπου κενὴν ὄνησιν, εἰ τερπνὸν τόδε
θανάτου πέλας βεβῶσι, περιβαλεῖν χέρας.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ φίλτατ᾽, ὦ ποθεινὸν ἥδιστόν τ᾽ ἔχων
τῆς σῆς ἀδελφῆς ὄνομα καὶ ψυχὴν μίαν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔκ τοί με τήξεις· καί σ᾽ ἀμείψασθαι θέλω
φιλότητι χειρῶν. τί γὰρ ἔτ᾽ αἰδοῦμαι τάλας;
ὦ στέρν᾽ ἀδελφῆς, ὦ φίλον πρόσπτυγμ᾽ ἐμόν,
τάδ᾽ ἀντὶ παίδων καὶ γαμηλίου λέχους
προσφθέγματ᾽ ἀμφοῖν τοῖς ταλαιπώροις πάρα.

ἐγὼ σὲ δ᾽ in aliis libris sit, liquere ait. Uterque falsa ratiocinatione usus est. Matthiae enim non vidit adesse id ipsum, quod ad oppositionem requirit: nam quum Orestes dicit ἅλις τὸ μητρός αἷμ᾽ ἔχω· σὲ δ᾽ οὐ κτενῶ, quid est id aliud, quam *matrem interfeci, te vero non interficiam?* Porsonus autem quum ἐγὼ σὲ δ᾽ οὐ pro mero errore habuit, non cogitavit id non minus recte dictum esse, quam in Sophoclis Aiace v. 116. τοῦτό σοι δ᾽ ἐφίεμαι. Itaque sic potius statuendum est, ἐγὼ δὲ σ᾽ οὐ κτενῶ scriptum ab iis esse, qui isti σύ νυν Electrae ἐγὼ opponendum esse censerent.

1032. Aug. d. ξίφος, quod fuerat etiam in Aug. c. in quo correctum est a prima manu.

1034. Male post τόδε distinguebatur. Meliora scholiastes docere potuerat.

1035. Aug d. χέρα.

1042. Libri: προσφθέγματ᾽ ἀμφὶ τοῖς ταλαιπώροις πάρα. Scholiastes ad ἀμφί· ἀντὶ τοῦ ἐπί. καὶ χωρὶς δὲ αὐτῆς ὁ λόγος σώζεται. Brunckius ex Musgravii coniectura ἄρτι. Porsonus ex H. ἡμῖν, ut v. 1017. Id Matthiae ad ταλαιπώροις superscriptum in Guelf. interpretis esse videns e Lobeckii coniectura ad Ai. 611. (610. ed. alt.) ἀμφοῖν dedit, sequi se illum debuisse dicens etiam τοῖν τα-

ΗΛΕΚΤΡΑ.

φεῦ·
πῶς ἂν ξίφος νῷ ταὐτὸν, εἰ θέμις, κτάνοι,
καὶ μνῆμα δέξαιθ' ἓν, κέδρου τεχνάσματα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἥδιστ' ἂν εἴη ταῦθ'· ὁρᾷς δὲ δὴ φίλων
ὡς ἐσπανίσμεθ', ὥστε κοινωνεῖν τάφου.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐδ' εἴφ' ὑπὲρ σοῦ, μὴ θανεῖν σπουδὴν ἔχων,
Μενέλαος ὁ κακὸς, ὁ προδότης τοῦ 'μοῦ πατρός;

λαιπώροιν scribendo. Sed poenituit eum postea, quod nulla vis sit in eo, quod duo sint, non unus vel plures: itaque *τάδε προςφθέγματα πάρεστιν ἀμφὶ τοῖς ταλαιπώροις* dixisse Euripidem videri pro *πάρεστι τοῖς ταλαιπώροις*, quia summam calamitatem significare voluerit, quae circumdet hominem. Ter in his male abusus est acumine indicii sui vir doctissimus. Ut a postremo incipiam, torta est quam protulit interpretatio. Nam *ἀμφὶ τοῖς ταλαιπώροις* nihil aliud quam *de miseris* significare potest. Blandis appellationibus quoniam praedicatur aliquid de iis quos quis appellat, dici illae quidem possunt *προςφθέγματα ἀμφί τινι*: sed languet id tamen mirum in modum, quia non quid praedicent de se, sed quod praedicant et testificantur caritatem suam spectatur. Deinde quid hoc est, quod nullam vim in eo esse ait, quod duo, non unus vel plures sint? Id sic recte obiecisset, si haec universe de quibusvis hominibus dicerentur. At ubi non est nisi de duobus sermo, quid est quod illi non sint duo vel ambo dicendi? Immo ubi quid aeque in utrumvis cadere dicendum est, necessarium est id utrique, eoque ambobus convenire dici. Denique quum, si *ἀμφοῖν*, etiam *τοῖν ταλαιπώροιν* se scribere debuisse arbitratus est, non cogitavit, seu dativus seu genitivus sit *ἀμφοῖν*, recte adiectum esse *τοῖς ταλαιπώροις*. Nam si dativus est, recte per appositionis figuram additur *τοῖς ταλαιπώροις*. Differunt enim *ἀμφοῖν, τοῖς ταλαιπώροις, ambobus, qui miseri sumus*, et *ἀμφοῖν τοῖν ταλαιπώροιν, ambobus miseris*, in quo haec in unam sunt notionem coniuncta. Sin genitivus est, id quod ego quidem verum esse puto, alloquia amborum, h. e. quibus ambo se mutuo appellent, intelligenda sunt, et *πάρεστιν* ad solum *τοῖς ταλαιπώροις* referendum. Itaque *ἀμφοῖν* recepi.

1045. Aug. d. *τεχνάσματι*, superscripto *α*. Ven. b. *ἐν κέδρου τεσχνάσμασιν.*

1048. 1049. Hos versus Mosc. d. tribuit Oresti. Electrae sunt, et recte, in ceteris.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐδ' ὄμμ' ἔδειξεν, ἀλλ' ἐπὶ σκήπτροις ἔχων
τὴν ἐλπίδ', εὐλαβεῖτο μὴ σώζειν φίλους.
ἀλλ' εἶ', ὅπως γενναία κἀγαμέμνονος
δράσαντε κατθανούμεθ' ἀξιώτατα.
κἀγὼ μὲν εὐγένειαν ἀποδείξω πόλει,
παίσας πρὸς ἧπαρ φασγάνῳ· σὲ δ' αὖ χρεὼν
ὅμοια πράσσειν τοῖς ἐμοῖς τολμήμασιν.
Πυλάδη, σὺ δ' ἡμῖν τοῦ φόνου γενοῦ βραβεύς,
καὶ κατθανόντοιν εὖ περίστειλον δέμας,
θάψον τε κοινῇ πρὸς πατρὸς τύμβον φέρων.
καὶ χαῖρ'· ἐπ' ἔργον δ', ὡς ὁρᾷς, πορεύομαι.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἐπίσχες. ἓν μὲν πρῶτά σοι μομφὴν ἔχω,
εἰ ζῆν με χρήζειν σοῦ θανόντος ἤλπισας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί γὰρ προςήκει κατθανεῖν σ' ἐμοῦ μέτα;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἤρου; τί δὲ ζῆν σῆς ἑταιρίας ἄτερ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔκτανες σὺ μητέρ', ὡς ἐγὼ τάλας.

1051. Vulgo *ηὐλαβεῖτο.* Ven. a. cum aliquot aliis codd. *εὐλαβεῖτο.*
1054. Ad *πόλει* in Flor. 6. Ven. a. adscriptum *γρ. πατρός.*
1056. H. *βουλήμασι.* Aug. d. *βουλεύμασι,* uterque adscripto *γρ. τολμήμασι,* quae est ceterorum librorum scriptura.
1058. Aliquot codd. *κατθανόντων.*
1060. Mosc. a. Flor. 2. 17. 34. omittunt *δ'.*
1064. L. Havn. Aug. c. *ἑταιρείας,* ut Porsonus scripsit.
1065. Flor. 21. *τήν* pro vulgato *σήν.* In Aug. d. ad *σήν* ad-

ΠΥΛΑΔΗΣ.

σὺν σοί γε κοινῇ· ταὐτὰ καὶ πάσχειν με δεῖ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀπόδος τὸ σῶμα πατρί, μὴ σύνθνησκέ μοι.
σοὶ μὲν γάρ ἐστι πόλις, ἐμοὶ δ' οὐκ ἔστι δή,
καὶ δῶμα πατρὸς καὶ μέγας πλούτου λιμήν.
γάμων δὲ τῆς μὲν δυςπότμου τῆσδ' ἐσφάλης,
ἥν σοι κατηγγύησ', ἑταιρίαν σέβων·
σὺ δ' ἄλλο λέκτρον παιδοποίησαι λαβών,
κῆδος δὲ τοὐμὸν καὶ σὸν οὐκέτ' ἐστὶ δή.
ἀλλ' ὦ ποθεινὸν ὄνομ' ὁμιλίας ἐμῆς,
χαῖρ'· οὐ γὰρ ἡμῖν ἔστι τοῦτο, σοί γε μήν·
οἱ γὰρ θανόντες χαρμάτων τητώμεθα.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἦ πολὺ λέλειψαι τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.
μήθ' αἷμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον,
μὴ λαμπρὸς αἰθήρ, εἴ σ' ἐγὼ προδούς ποτε
ἐλευθερώσας τοὐμὸν ἀπολίποιμί σε.

---

scriptum *γρ. σύ.* Hoc recipiendum duxi. Nam etsi hic Pyladae matrem intelligi apertum est, tamen, si distincte additur *tuam*, male convenit, quod Pylades respondet, *σύν σοί γε κοινῇ.*

1066. Interpungebatur: *σὺν σοί γε· κοινῇ ταῦτα καὶ πάσχειν με δεῖ.* Nulla interpunctio est in Aug. b. sed in Aug. c. post *κοινῇ*, in Mosc. d. post *ταῦτα.* Recte Matthiae: *ξὺν σοί γε κοινῇ· ταὐτὰ καὶ πάσχειν με δεῖ.* Ac *ταὐτὰ* praebuerunt septem codices. Dein M. *χρή.*

1067. Flor. 33. *μὴ ξύνθνησκ' ἐμοί.*

1069. Flor. 10. *καὶ λίμην πλούτου μέγας.*

1070. Vulgo *γάμου.* Codd. *γάμων.*

1071. L. Aug. c. Porsonus *ἑταιρείαν.*

1072. Guelf. *παιδοποίησον*, superscripto ab alia manu *αι.*

1074. Vulgo *ὄμμ'.* Codices fere omnes *ὄνομ'.*

1077. Vulgo *ἤπου.* Multi codd. *ἦ πολύ.*

1080. Flor. 10. 33. Ven. a. b. *ἀπολείποιμί σε.*

καὶ συγκατέκτανον γάρ, οὐκ ἀρνήσομαι,
καὶ πάντ' ἐβούλευσ' ὧν σὺ νῦν τίνεις δίκας·
καὶ συνθανεῖν οὖν δεῖ με σοὶ καὶ τῇδ' ὁμοῦ.
ἐμὴν γὰρ αὐτήν, ἧς γε λέχος ἐπῄνεσα,
κρίνω δάμαρτα· τί γὰρ ἐρῶ κἀγώ ποτε
τὴν Δελφίδ' ἐλθὼν Φωκέων ἀκρόπτολιν,
ὃς πρὶν μὲν ὑμᾶς δυςτυχεῖν φίλος παρῆν,
νῦν δ' οὐκέτ' εἰμὶ δυςτυχοῦντί σοι φίλος;
οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ταῦτα μὲν κἀμοὶ μέλει.
ἐπεὶ δὲ κατθανούμεθ', ἐς κοινοὺς λόγους
ἔλθωμεν, ὡς ἂν Μενέλεως ξυνδυςτυχῇ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ φίλτατ', εἰ γὰρ τοῦτο κατθάνοιμ' ἰδών.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

πιθοῦ νυν, ἀνάμεινον δὲ φασγάνου τομάς.

1084. Mosc. d. *ἐμοί.* Deinde vulgo, ut Havn. Ven. a. b. *ἧς λέχος ἐπῄνεσα.* Brunckius *κατῄνεσα*, quod reiiciens Porsonus, quia tantum de *τῷ κυρίῳ* dici videatur, *ἧς γε λέχος ἐπῄνεσα* scripsit. Barnesii coniecturam *ἧς λέχος γ' ἐπῄνεσα*, firmant K. Flor. 18. 21. Propterea recepit Matthiae. At ea videtur Triclinii correctio esse: quare probabiliorem Porsoni scripturam recepi. Poterat poeta *συνῄνεσα* scribere.

1085. Vulgo: *κρίνω δάμαρτα. τί γὰρ ἐρῶ καλόν ποτε.* Liber P. Flor. 2. *τί γὰρ ἐρῶ κἀγώ ποτε.* Aug. d. Havn. *τί γὰρ ἐρῶ ποτε καλόν.* Scholiastes: *τίνα εὐπρόςωπον ἀπολογίαν δώσω:* quam ille interpretationem dare debuit, etiam si non legit istud *καλόν*, quod manifestum est supplementum versus uno pede mutilati. Vera videtur altera scriptura esse, nisi scripsit: *τί γὰρ ἔχων ἐρῶ ποτέ.*

1086. Vulgo: *γῆν Δελφίδ' ἐλθών, Φωκέων ἀκρόπτολιν.* Aug. c. *εἰς γῆν.* Flor. 33. inserit *καὶ* ante *Φωκέων.* Neque enim sine caussa mirati videntur antiqui interpretes terram Delphicam Phocensium *ἀκρόπτολιν* dici. Unde etiam *μητρόπολιν* adscriptum est in quibusdam codd. Quod crederes dudum ex coniectura positum esse, praebet Ven. b. *τὴν Δελφίδ' ἐλθὼν Φωκέων ἀκρόπτολιν.*

1093. Flor. 2. 25. *πεῖθου νῦν.*

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μενῶ, τὸν ἐχθρὸν εἴ τι τιμωρήσομαι.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

σίγα νυν· ὡς γυναιξὶ πιστεύω βραχύ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μηδὲν τρέσῃς τάσδ'· ὡς πάρεισ' ἡμῖν φίλαι.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

Ἑλένην κτάνωμεν, Μενέλεῳ λύπην πικράν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πῶς; τὸ γὰρ ἕτοιμον ἔστιν, εἴ γ' ἔσται καλῶς.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

σφάξαντες. ἐν δόμοις δὲ κρύπτεται σέθεν.

1097. Mira narrat Schaeferus, Helenam dici *λύπην*, ut in Hecuba 897. esse *δισσὴ μέριμνα μητρί*. Immo ad *κτάνωμεν* additum est *λύπην* eo usu accusativi, quo effectus actionis verbo significatae indicatur, quia in verbo inest *κτάνοιμεν τιθέντες λύπην*, quod etiam inversum dici potest *θῶμεν λύπην κτείνοντες*.

1098. Vulgo: *πῶς; τὸ γὰρ ἕτοιμόν ἐστιν, εἴ γ' ἔσται καλῶς*. Haec sic scripta intelligi nequeunt. Scholiastae: *πῶς οὖν ἕτοιμον. τὸ ἑξῆς· εἰ γάρ, φησί, τοῦτο εὔκολον καὶ ἕτοιμον τὸ φονεῦσαι τὴν Ἑλένην, καλῶς ἂν ἡμῖν ἔσται. ἀλλὰ τὸ ἐπ' ἐμοὶ ἕτοιμόν ἐστι· τὸ γὰρ ἑτοίμως καὶ εὐχερῶς τὴν Ἑλένην κατεργάσασθαι καλόν ἐστιν, εἰ ὅλως δυνατὸν τοῦτο πρᾶξαι. ἕτοιμος γὰρ εἰς τοῦτο εἰμί, εἴγε μὴ καταληφθήσομαι. ἀλλὰ τίνι τρόπῳ, φησίν, ἀνέλωμεν; ἕτοιμος γὰρ εἰμὶ πρὸς τὸ σφάξαι, εἰ ἔστιν εὐμαρὲς τὸ κτεῖναι· τουτέστιν εἰ μὴ καταληφθήσομαι.* Patet hos ita legisse: *πῶς; τὸ γὰρ ἕτοιμον ἔστιν· εἴ γ' ἔσται, καλῶς.* Solo accentu mutato emendari oratio potest: *τὸ γὰρ ἕτοιμον ἔστιν, εἴ γ' ἔσται καλῶς*, hac sententia: *prompta voluntas adest, si recte fieri poterit.* Fateor tamen hoc non valde placere, quia hic tantummodo ut possit fieri, non quam recte aut facile, spectatur, mallemque legeretur: *πῶς; εἰπέ. τὸ γὰρ ἕτοιμον, εἴγ' ἔσται, πάρα*, vel: *πῶς; τὸ γὰρ ἐμόν γ' ἕτοιμον, εἴ γ' ἔσται, πάρα.*

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μάλιστα· καὶ δὴ πάντ' ἀποσφραγίζεται.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἀλλ' οὐκέθ', Ἅιδην νυμφίον κεκτημένη.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ πῶς; ἔχει γὰρ βαρβάρους ὀπάονας.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τίνας; Φρυγῶν γὰρ οὐδέν' ἂν τρέσαιμ' ἐγώ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἵους ἐνόπτρων καὶ μύρων ἐπιστάτας.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τρυφὰς γὰρ ἥκει δεῦρ' ἔχουσα Τρωϊκάς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὥςθ' Ἑλλὰς αὐτῇ σμικρὸν οἰκητήριον.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

οὐδὲν τὸ δοῦλον πρὸς τὸ μὴ δοῦλον γένος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ μὴν τόδ' ἔρξας δὶς θανεῖν οὐχ ἅζομαι.

1100. Scholiastes: *σφραγῖδας ἐπιτίθησιν, ὡς δὴ πάντα κληρονομήσασα τὰ ἐμά. τὰ μὲν, φησί, σφραγίζει τῶν ἡμετέρων, τὰ δὲ ἀποσφραγίζει. γράφεται καὶ ἀπασφαλίζεται.*

1101. Flor. 21. *κεκτημένην*, quod videtur ex *κεκτημένη* ortum.

1104. Quomodo per attractionem interrumpi continuitatem orationis putaverit Schaeferus, ego me fateor non intelligere. Sed solebat ille non perspecta septuose enuntiare.

1108. Ald. et plerique codd. *οὐ χάζομαι*, quod servarunt Brun-

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μήν, σοί γε τιμωρούμενος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ πρᾶγμα δῆλον καὶ πέραιν', ὅπως λέγεις.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

εἴςιμεν ἐς οἴκους δῆθεν, ὡς θανούμενοι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔχω τοσοῦτον, τἀπίλοιπα δ' οὐκ ἔχω.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

γόους πρὸς αὐτὴν θησόμεσθ' ἃ πάσχομεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὥςτ' ἐκδακρῦσαί γ' ἔνδοθεν κεχαρμένην.

---

ckius et Porsonus. Cant. Aug. b. *οὐχ ἅζομαι*, quod probat Elmsleius ad Heracl. **600.** ubi est *δυςφημεῖν γὰρ ἅζομαι θεάν*. Mosc. d. *οὐχάζομαι*, ut apud Hesychium legitur. Matthiae tuendum putavit *οὐ χάζομαι*, attulitque ex Apollonio Rhod. IV. **190.** *μηκέτι νῦν χάζεσθε, φίλοι, πάτρηνδε νέεσθαι*. At levis est in hoc genere Alexandrini poetae auctoritas. Qui *οὐ χάζομαι* defendere voluerit, ostendere debebit Atticos epicum verbum *χάζεσθαι* usurpasse.

1113. Dubitari potest, utrum, quod Matthiae vult, *ἃ πάσχομεν* sit *ὅτι ταῦτα πάσχομεν*, sive, ut rectius dicam, *pro iis quae patimur*, an, quae Schaeferi sententia est, *γόους θησόμεθα* sit idem quod *γοησόμεθα*. Hoc ut multo simplicius praeferendum.

1114. Flor. 2. *ὥςτε δακρῦσαί γ'*. Ald. *ὥςτ' ἐκδακρῦσαί γ'*. Sic etiam Aug. b. c. d. Harn. quorum duo postremi *γ'* omittunt. Alii non pauci codd. *ὥςτ' ἐνδακρῦσαί γ'*. Deinde tres Leid. apud Valck. ad Phoen. **1353.** liber P. Mosc. a. Guelf. Taur. Florentini omnes *κεχαρμένην*. Ex Aldina vulgatum *κεχαρμένη*, quod et ipsum probum esse gravi errore Porsonus iudicabat, Matthiae autem ex *κεχαρμένοι* ortum coniecit, quod est in Mosc. d. eoque rettulit etiam *a*, quod in Aug. d. ad *κεχαρμένη* superscriptum est. Bonam sententiam praeberet *κεχαρμένοι*, nisi sequens versus obstaret. Si legitur, *ὥςτ' ἐκδακρῦσαί γ' ἔνδοθεν κεχαρμένην*, non est id sic intelligendum, ac si

ΠΥΛΑΔΗΣ.

καὶ νῦν παρέσται ταῦθ᾽ ἅπερ κείνῃ τότε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔπειτ᾽ ἀγῶνα πῶς ἀγωνιούμεθα;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

κρύπτ᾽ ἐν πέπλοισι τοισίδ᾽ ἕξομεν ξίφη.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πρόσθεν δ᾽ ὀπαδῶν τίς ὄλεθρος γενήσεται;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἐκκλήσομέν σφας ἄλλον ἄλλοσε στέγης.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ τόν γε μὴ σιγῶντ᾽ ἀποκτείνειν χρεών.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

εἶτ᾽ αὐτὸ δηλοῖ τοὔργον οἷ τείνειν χρεών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἑλένην φονεύειν· μανθάνω τὸ σύμβολον.

---

tam vehementer lamentandum dicat Orestes, ut lacrimas fundere cogatur Helena, sed cum ironia: *scilicet ut illa lacrimas fundat, intus ridens*, quod est, ut gaudeat, dissimulans gaudium lacrimis. Eo pertinebat etiam *κεχαρμένη*. Nam qui sic scribebant, sine dubio legebant: *ὥςτ᾽ ἐκδακρύσει γ᾽ ἔνδοθεν κεχαρμένη.*

1115. Ex nullo libro allatum est *ταῦθ᾽*.

1117. Flor. 2. *τοῖςδ᾽ ἐφέξομεν.*

1119. Vulgo *ἐκκλείσομεν σφᾶς* et *ἄλλοσ᾽ ἐν στέγαις*. Optimi codices *ἐκκλήσομεν* et plerique *ἄλλοσε στέγης*. Mutavi accentum pronominis.

1121. Vulgo *ᾗ*. Sed Mosc. a. Flor. 2. 10. 33. Taur. Aug. d. Ven. a. b. *οἷ*.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἔγνως· ἄκουσον δ' ὡς καλῶς βουλεύομαι.
εἰ μὲν γὰρ εἰς γυναῖκα σωφρονεστέραν
ξίφος μεθεῖμεν, δυςκλεὴς ἂν ἦν φόνος·
νῦν δ' ὑπὲρ ἁπάσης Ἑλλάδος δώσει δίκην,
ὧν πατέρας ἔκτειν', ὧν τ' ἀπώλεσεν τέκνα,
νύμφας τ' ἔθηκεν ὀρφανὰς ξυναόρων.
ὀλόλυγμα δ' ἔσται, πῦρ τ' ἀνάψουσιν θεοῖς,
σοὶ πολλὰ κἀμοὶ κέδν' ἀρώμενοι τυχεῖν,
κακῆς γυναικὸς οὕνεχ' αἷμ' ἐπράξαμεν.
ὁ μητροφόντης δ' οὐ καλεῖ, ταύτην κτανών,
ἀλλ' ἀπολιπὼν τοῦτ' ἐπὶ τὸ βελτίον πεσεῖ,
Ἑλένης λεγόμενος τῆς πολυκτόνου φονεύς.
οὐ δεῖ ποτ', οὐ δεῖ Μενέλεων μὲν εὐτυχεῖν,
τὸν σὸν δὲ πατέρα καὶ σὲ κἀδελφὴν θανεῖν
μητέρα τ', ἐῶ τοῦτ', οὐ γὰρ εὐπρεπὲς λέγειν,
δόμους τ' ἔχειν σούς, δι' Ἀγαμέμνονος δόρυ
λαβόντα νύμφην· μὴ γὰρ οὖν ζῴην ἔτι,
εἰ μὴ 'π' ἐκείνῃ φάσγανον σπάσω μέλαν.

1123. Vulgo: *ἄκουσον δ' ὡς καλῶς βουλεύομαι.* Flor. 17. 25. 34. Aug. b. d. *βουλεύσομαι.* Ven. b. *βεβούλευμαι.* Nescio an vera scriptura fuerit, *ἄκουσον δ' ὡς βεβούλευμαι καλῶς.*

1129. Vulgo *ὀλολυγμὸς ἔσται*, quod asyndeton placeat fortasse quibusdam, ut vigorem quemdam orationi addens. Abhorret tamen hoc a consuetudine tragicorum, quae copulam potius addi postulat. Eam praebet Flor. 33. in quo est *ὀλολυγμὸς δ'*. Scilicet eiecta erat a metricis, postquam *ὀλολυγμὸς* vulgare nomen pro rariore *ὀλόλυγμα* scriptum esset. Eo usus est Euripides in Heraclidis v. 782.

1134. Mosc. d. *σφαγεύς*, posito in margine vulgato *φονεύς*.

1137. Unus scholiastarum: *τὴν μητέρα ἀφίημι· οὐ γὰρ ἀκόλουθον ὑπομιμνήσκειν σε τοῦ φόνου τῆς μητρός.* Rectius alius: *παραλείπω· ἐνδίκως γὰρ ἀπόλωλε.*

1138. Sex codices *δόμους δ'*, quod nullo modo defendi potest.

1140. Ald. *εἰ μὴ 'πὶ κείνῃ.* Multi codd. *εἰ μὴ 'π' ἐκείνῃ.* Mosc. d. *εἰ μὴ 'π' ἐκείνης.* Omnes *φάσγανον σπάσω μέλαν.* Non

ἢν δ' οὖν τὸν Ἑλένης μὴ κατάσχωμεν φόνον,
πρήσαντες οἴκους τούσδε κατθανούμεθα.
ἑνὸς γὰρ οὐ σφαλέντες ἕξομεν κλέος,
καλῶς θανόντες ἢ καλῶς σεσωσμένοι.

ΧΟΡΟΣ.

πάσαις γυναιξὶν ἀξία στυγεῖν ἔφυ
ἡ Τυνδαρὶς παῖς, ἣ κατῄσχυνεν γένος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φεῦ·
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον ἢ φίλος σαφής,
οὐ πλοῦτος, οὐ τυραννίς· ἀλόγιστον δέ τι
τὸ πλῆθος ἀντάλλαγμα γενναίου φίλου.
σὺ γὰρ τά τ' εἰς Αἴγισθον ἐξεῦρες κακὰ
καὶ πλησίον παρῆσθα κινδύνων ἐμοί,
νῦν τ' αὖ δίδως μοι πολεμίων τιμωρίαν,
κοὐκ ἐκποδὼν εἶ. παύσομαί σ' αἰνῶν, ἐπεὶ

---

utilius hic est epitheton quam in Helena v. 1656. ἀλλ' ἴσχε μὲν σῆς ξυγγόνου μέλαν ξίφος, sed peius collocatum in fine. Scholiastes interpretatur θανάτου πρόξενον. Si legeretur εἰ μὴ 'π' ἐκείνης (h. e. ἀπ' ἐκείνης) φάσγανον σπάσω μέλαν, videri posset atratum sanguine significare. Aptius certe scripsisset vel σπάσαιμ' ἐγώ, vel εἰ μὴ 'π' ἐκείνης φάσγανον σπάσω δέρῃ.

1141. Ven. a. Aug. d. ἢν δ' αὖ. In hoc adscriptum ἢν δ' οὖν vulgatum, quod recte se habet.

1146. Aug. d. λέχος pro γένος.

1148. Flor. 10. σαφὴς φίλος, mala positura verborum. In Ven. a. adnotatum γρ. ἀληθής. Fuerunt ergo qui legerent ἢ 'ληθὴς φίλος.

1152. Dixit πλησίον κινδύνων pro οὐχ ἑκὰς κινδύνων sicuti v. 382. ὀλιγάκις pro μὴ πολλάκις.

1153. Ald. et tres codd. νῦν δ' αὖ. Par. A. Flor. 2. 10. 33. Taur. νῦν τ' αὖ. Duodecim alii νῦν αὖ, forsan recte, inquit Porsonus; immo male, Matthiae, quia scilicet sibi respondeant τά τ' εἰς Αἴγισθον et νῦν τ' αὖ. Reputare debebat, priusquam vituperaret Porsonum, αὖ etiam pro δὲ dici. Ergo hic et νῦν τ' αὖ et νῦν δ' αὖ et νῦν αὖ dici potuit.

βάρος τι κἂν τῷδ' ἐστίν, αἰνεῖσθαι λίαν.
ἐγὼ δὲ πάντως ἐκπνέων ψυχὴν ἐμὴν
δράσας τι χρῄζω τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς θανεῖν,
ἵν' ἀνταναλώσω μὲν οἵ με προὔδοσαν,
στένωσι δ' οἵπερ κἄμ' ἔθηκαν ἄθλιον.
Ἀγαμέμνονός τοι παῖς πέφυχ', ὃς Ἑλλάδος
ἦρξ' ἀξιωθείς, οὐ τύραννος, ἀλλ' ὅμως
ῥώμην θεοῦ τίν' ἔσχ'· ὃν οὐ καταισχυνῶ
δοῦλον παρασχὼν θάνατον, ἀλλ' ἐλευθέρως
ψυχὴν ἀφήσω, Μενέλεων δὲ τίσομαι.
ἑνὸς γὰρ εἰ λαβοίμεθ', εὐτυχοῖμεν ἄν,
εἴ ποθεν ἄελπτος παραπέσοι σωτηρία
κτανοῦσι μὴ θανοῦσιν· εὔχομαι τάδε.
ὃ βούλομαι γὰρ ἡδὺ καὶ διὰ στόμα
πτηνοῖσι μύθοις ἀδαπάνως τέρψαι φρένα.

1158. Vulgo *ἀνταναλώσωμεν*. Separavit *μὲν* Porsonus ex Canteri sententia, quod sic haec melius connectantur cum sequente *δέ*. Gravior caussa est, quod quum hic de se solo loquatur Orestes, in plurali ambiguitas inesset, quoniam etiam Pylades eum in patranda caede adiuturus est.

1162. Libri: *ἀλλ' ὅμως ῥώμην θεοῦ τιν' ἔσχεν· ὃν οὐ καταισχυνῶ*. Solus L. *ἔσχεν, ὃν καταισχυνῶ*, quod defendi posse monuit Porsonus, qui cum Barnesio *ἔσχ', ὃν οὐ καταισχυνῶ* scripsit. Id sane quum gravitate sententiae, tum sequente *ἀλλὰ* se tuetur. Metaphrastes ad v. 1154. *ἀλλ' ὅμως ἰσχὺν καὶ ἐπικουρίαν ἔλαβεν ὑπὸ θεοῦ*, ut videri possit legisse *ῥώμην τίν' ἔσχε θεόθεν*. Scholiastae: *περισσὸν τὸ ὅμως. τὸ ὅμως εἶπεν, ἐπειδὴ ὁ μὲν ἀπὸ κοινῆς γνώμης γεγονὼς βασιλεὺς οὐχ ἃ βούλεται προστάττει, ἀλλ' ἃ οἱ ποιήσαντες θέλουσιν, ὁ δὲ τύραννος ἃ γνοίη καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνάγκη ποιεῖν. Ἀγαμέμνονι οὖν ὥσπερ θεῷ ἐπείθοντο, εἰ καὶ πάντων ἄρχων ἦν.*

1167. Vulgo *κτανοῦσιν, οὐ θανοῦσιν*. Plerique et fere optimi codd. cum scholiasta, *κτανοῦσι, μὴ θανοῦσιν*. Absurdam sententiam praebet *οὐ*. Altera lectio sine interpunctione scribenda erat, *κτανοῦσι μὴ θανοῦσιν*: h. e. *occidentibus ita ut ipsi non moriamur*.

1169. Ald. *τέρψω φρένας*. Codd. fere omnes *τέρψαι φρένα*.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐγώ, κασίγνητ᾽, αὐτὸ τοῦτ᾽ ἔχειν δοκῶ,
σωτηρίαν σοὶ τῷδέ τ᾽ ἐκ τρίτων τ᾽ ἐμοί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

θεοῦ λέγεις πρόνοιαν. ἀλλὰ ποῦ τόδε;
ἐπεὶ τὸ συνετόν γ᾽ οἶδα σῇ ψυχῇ παρόν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἄκουε δή νυν· καὶ σὺ δεῦρο νοῦν ἔχε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέγ᾽· ὡς τὸ μέλλειν γ᾽ ἀγάθ᾽ ἔχει τίν᾽ ἡδονήν.

1171. Vulgo *ἐκ τρίτου τ᾽ ἐμοί.* Aliquot codd. *ἐκ τρίτων τ᾽ ἐμοί*, quod merito recepit Porsonus.

1173. Tredecim codd. omittunt *γ᾽*, quod melins retineri monet Porsonus.

1175. Flor. 10. 33. Taur. Ven. b. cum Ald. *τὸ λέγειν.* H. *τὸ λέγειν τἀγάθ᾽ ἔχειν.* Ed. Brubach. ex manifesta correctione *τό γε λέγειν ἀγάθ᾽ ἔχει.* Ceteri codd. fere *τὸ μέλλειν.* Scholiastes: *τὰ ἀγαθὰ καὶ ἐν τῷ προςδοκᾶσθαι μόνον ἔχει τινὰ τέρψιν.* Alius: *ἤγουν τὸ προςδοκᾶν, ἐλπίζειν.* Porsonum, qui *μέλλειν* cum accusativo constructum optime a Musgravio, maxime ex Iphig. Aul. 1117. *οἶσθα γὰρ πατρὸς πάντως ἃ μέλλει*, illustratum esse scripsit, recte quidem refutavit Matthiae, quum ostendit in omnibus istiusmodi exemplis infinitivum aliquem subintelligi, sed tamen ipse quoque in duos haud leves errores incidit. Nam primo non vidit, etsi erravit Porsonus, tamen se sua refutatione non effecisse, ut dici nequeat *μέλλειν ἀγαθά*, nisi ostenderet nullum hic posse infinitivum intelligi. Atqui ipse hoc interpretatur *τὸ μέλλειν ἀγαθά σε (πράσσειν).* Alter error in ipsa illa interpretatione est. Non enim Electra se facturam aliquid, sed dicturam professa erat. Neque omnino de Electra haec dici potuissent, si *σε* non esset additum. Sed quorsum disputo haec? Nimirum ut ostendam ista omnia spiritu difflari posse. *Λέγειν*, quod in nonnullis libris est, interpretatio est, quae ad *μέλλειν* adscripta fuit, eaque etsi non vera, tamen ne prorsus quidem inepta, quia ex praegresso *λέγε* facile repeti *λέγειν* potest: quamquam non recte ita loqueretur Orestes, nisi addito pronomine: *λέγ᾽, ὡς τὸ μέλλειν σ᾽ ἀγαθὰ (λέγειν) ἔχει τίν᾽ ἡδονήν.* Sed quid verbis opus est? Quum Electra dixis-

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἑλένης κάτοισθα θυγατέρ'; εἰδότ' ἠρόμην.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἶδ', ἣν ἔθρεψεν Ἑρμιόνην μήτηρ ἐμή.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

αὕτη βέβηκε πρὸς Κλυταιμνήστρας τάφον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί χρῆμα δράσουσ'; ὑποτίθης τίν' ἐλπίδα;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

χοὰς κατασπείσουσ' ὑπὲρ μητρὸς τάφῳ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ δὴ τί μοι τοῦτ' εἶπας εἰς σωτηρίαν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

συλλάβεθ' ὅμηρον τήνδ', ὅταν στείχῃ πάλιν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίνος τόδ' εἶπας φάρμακον τρισσοῖς φίλοις;

---

set *ἄκουε*, ad hoc respondet Orestes: *λέγ', ὡς τὸ μέλλειν γ' ἀγάθ' (ἀκούειν) ἔχει τίν' ἡδονήν.* Addidi autem etiam *γ'* ex isto codicis H. *τὀγάθ'*.

1180. Vulgo *ὑπὲρ μητρὸς τάφον*, quod Florentini praeter 21. omnes et Guelf. habent. Liber P. Mosc. d. Aug. d. memoratum scholiastae *τάφον*. Par. A. B. Cant. N. Flor. 21. Taur. Havn. et superscripto *οι* Ven. a. *τάφῳ*, quod cum Brunckio recepit Porsonus. Sed Brunckius, ne quis, quod falsissimum censet, *μητρὸς* cum *τάφον* vel *τάφῳ* coniungeret, ita distinxit: *χοὰς κατασπείσουσ', ὑπὲρ μητρός, τάφῳ*, persuaderique sibi passus est Matthiae *ὑπὲρ μητρὸς* significare *pro matre Hermionae Helena.* Non venit id in mentem Euripidis Electrae, quae suae matris Clytaemnestrae tumulum dicit.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἑλένης θανούσης, ἤν τι Μενέλεώς σε δρᾷ,
ἢ τόνδε κἀμέ, πᾶν γὰρ ἓν φίλον τόδε,
λέγ' ὡς φονεύσεις Ἑρμιόνην· ξίφος δὲ χρὴ
δέρῃ πρὸς αὐτῇ παρθένου σπάσαντ' ἔχειν.
κἂν μέν σε σώζῃ μὴ θανεῖν χρῄζων κόρην
Μενέλαος, Ἑλένης πτῶμ' ἰδὼν ἐν αἵματι,
μέθες πεπᾶσθαι πατρὶ παρθένου δέμας·
ἢν δ' ὀξυθύμου μὴ κρατῶν φρονήματος
κτείνῃ σε, καὶ σὺ σφάζε παρθένου δέρην.
καί νιν δοκῶ, τὸ πρῶτον ἢν πολὺς παρῇ,
χρόνῳ μαλάξειν σπλάγχνον. οὔτε γὰρ θρασὺς
οὔτ' ἄλκιμος πέφυκε. τήνδ' ἡμῖν ἔχω
σωτηρίας ἔπαλξιν. εἴρηται λόγος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ τὰς φρένας μὲν ἄρσενας κεκτημένη,
τὸ σῶμα δ' ἐν γυναιξὶ θηλείαις πρέπον,
ὡς ἀξία ζῆν μᾶλλον ἢ θανεῖν ἔφυς.
Πυλάδη, τοιαύτης ἆρ' ἁμαρτήσει τάλας
γυναικός, ἢ ζῶν μακάριον κτήσει λέχος.

1185. Flor. 2. Aug. b. et e correctione c. *πᾶσι*. Deinde N. Par. A. *φίλοις*. Itaque fortasse quidam legebant *πᾶσι δ' ἓν φίλοις τόδε*.

1187. Ex ed. Brub. fluxit *Μενέλαος Ἑλένης*. Ven. a. b. cum reliquis codd. et Ald. *Μενέλεως Ἑλένης*. Hic quoque, ut v. 20. servari haec forma potest, si scribitur *Ἑλένης Μενέλεως*.

1194. Ven. b. Taur. Flor. 21. et ex correctione 10. *μαλάξει*, quod qui posuerunt, in praecedente versu legisse videntur *καὶ δὴ δοκῶ*.

1197. Liber P. Vict. *ἄρσενος*.

1200. H. N. *ἁμαρτήσεις*. Ven. b. *ἁμαρτήσης*. Ald. *ἁμαρτήσῃ*. Atticam formam praebuit cod. Leid. apud Valck. ad Phoen. 576. Deinde H. *φίλης*, Cant. M. *φίλος* pro *τάλας*.

1201. Libri *ἢ ζῶν*, praeter Flor. 10. in quo est *ἢ σύζων*.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

εἰ γὰρ γένοιτο, Φωκέων δ' ἔλθοι πόλιν
καλοῖσιν ὑμεναίοισιν ἀξιουμένη.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἥξει δ' ἐς οἴκους Ἑρμιόνη τίνος χρόνου;
ὡς τἄλλα γ' εἶπας, εἴπερ εὐτυχήσομεν,
κάλλισθ', ἑλόντες σκύμνον ἀνοσίου πατρός.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

καὶ δὴ πέλας νιν δωμάτων εἶναι δοκῶ·
τοῦ γὰρ χρόνου τὸ μῆκος αὐτὸ συντρέχει.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καλῶς· σὺ μέν νυν, σύγγον' Ἠλέκτρα, δόμων

Porsonus, qui ex Brunckii coniectura *ἢ ζῶν* dedit, poteris, inquit, et *ἧς* legere. Id praeferendum iudicavit Matthiae. At praeterquam quod haec scriptura requirere videtur *ἐκτήσω ἄν*, debiliorem praebet sententiam, ut qua propemodum bis idem contineatur. Nam tali uxore privari, quid aliud est quam privari beato coniugio? Multo gravius aut privari tali uxore, quod est miser esse, aut beatus viva fore dicitur. Nam si iustam esse oppositionem volumus, *ζῶν* non Pylades recte vocatur, qui ne miser quidem nisi vivus dici potuerit, sed Electra, ut *ζῶν* neutro genere cum *λέχος* coniungatur. Quod etsi per verba fieri potest, tamen non dubito quin *ζῶν* de Pylade dictum sit. Nam huius quoque vita in periculo versabatur, ut recte dici potuerit aut privatum eum iri tali coniugio, si pereat Electra, aut viventem cum ea beatum fore. Itaque Brunckii emendationem sum secutus. Ceterum Brunckius eiusque sectatores hos versus interrogationem esse voluerunt. Non ita libri.

1203. Non debebant recentiores editores distinctionem ponere in fine praecedentis versus: coniungenda enim *ἔλθοι καλοῖσιν ὑμεναίοισιν, ἀξιουμένη αὐτῶν.* Ceterum recte scholiastae: *ἀνοίκεια δὲ ταῦτα τοῦ προκειμένου ἀγῶνος.*

1205. Taur. *ὥςτ' ἀλλ' ἀγ' εἶπας.* Volebat scriba dare *ὡς τἄλλ' ἅγ' εἶπας.* Deinde vulgo *εἰ τάδ' εὐτυχήσομεν*, minime male: sed codd. fere omnes *εἴπερ εὐτυχήσομεν.*

1209. Vulgo *σὺ μὲν δή.* Multi codd. omittunt *δή*, pro quo multi alii *νῦν.*

πάρος μένουσα παρθένου δέχου πόδα·
φύλασσε δ', ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος,
ἢ ξύμμαχός τις ἢ κασίγνητος πατρὸς
ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ, γέγωνέ τ' εἰς δόμους,
ἢ σανίδα παίσασ' ἢ λόγους πέμψασ' ἔσω.
ἡμεῖς δ' ἔσω στείχοντες ἐπὶ τὸν ἔσχατον
ἀγῶν' ὁπλιζώμεσθα φασγάνῳ χέρας,
Πυλάδη· σὺ γὰρ δὴ συμπονεῖς ἐμοὶ πόνους.
ὦ δῶμα ναίων νυκτὸς ὀρφναίας πάτερ,
καλεῖ σ' Ὀρέστης παῖς σὸς ἐπίκουρον μολεῖν
τοῖς δεομένοισι. διὰ σὲ γὰρ πάσχω τάλας
ἀδίκως· προδέδομαι δ' ὑπὸ κασιγνήτου σέθεν,
δίκαια πράξας· οὗ θέλω δάμαρθ' ἑλὼν
κτεῖναι· σὺ δ' ἡμῖν τοῦδε συλλήπτωρ γενοῦ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ πάτερ, ἱκοῦ δῆτ', εἰ κλύεις ἔσω χθονὸς
τέκνων καλούντων, οἳ σέθεν θνήσκουσ' ὕπερ.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ὦ συγγένεια πατρὸς ἐμοῦ, κἀμὰς λιτὰς,
Ἀγάμεμνον, εἰςάκουσον, ἔκσωσον τέκνα.

1210. Flor. 25. *πόδας.*

1211. Malo sana mutandi pruritu Valckenarius ad Phoen. 982. *φύλασσε μή τις.* Non debebat tamen Matthiae dicere, recte huic coniecturae opposuisse Heathium, id debuisse *φυλάσσου* dici.

1213. Vulgo: *ἐλθὼν δ' ἐς οἴκους φθῇ:* unde Valckenarius l. c. *ἐλθών μ' ἐς οἴκους φθῇ.* Sed plerique codd. omittunt *δ'*. Deinde vulgo *γέγωνε δ' εἰς δόμους.* Codd. *γέγωνέ τ'*: Ven. a. *ἐν δόμοις.*

1216. Vulgo cum Mosc. a. Ven. a. b. *ὁπλιζόμεσθα.* Coniunctivum plerique codd. praebuerunt. In Ven. b. hic versus positus post v. 1217. qui si est Euripidis, nescio an positus fuerit ante v. 1215.

1218. Aperta in versibus 1218—1232. imitatio est Aeschyli Choeph. 477. seqq.

1224. Vulgo *εἴσω.* Porsonus *ἔσω*, ut Mosc. a. Aug. a.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔκτεινα μητέρ',

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἡψάμην δ' ἐγὼ ξίφους.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐγὼ δέ γ' ἐπεκέλευσα κἀπέλυσ' ὄκνου.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σοί, πάτερ, ἀρήγων.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐδ' ἐγὼ προὔδωκά σε.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

οὐκοῦν ὀνείδη τάδε κλύων ῥύσει τέκνα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δακρύοις κατασπένδω σ'.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐγὼ δ' οἴκτοισί γε.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

παύσασθε, καὶ πρὸς ἔργον ἐξορμώμεθα.
εἴπερ γὰρ εἴσω γῆς ἀκοντίζουσ' ἀραί,

1229. Ald. et plerique codd. *ἐγὼ δ' ἐπεβούλευσα.* R. *ἐγὼ δ' ἐβούλευσα.* Ven. b. *κἀγὼ δ' ἐπεβούλευσα.* H. *ἐπένευσα.* Scholiastes *κἀγὼ δ' ἐπεκέλευσα.* Porsonus cum K. *ἐγὼ δέ γ' ἐπεκέλευσα.*

1231. Vulgo *ῥῦσαι.* Par. A. Taur. *ῥύσῃ.* Flor. 10. *ῥύσει.* Recte futurum cum interrogatione adsciverunt Brunckius et Porsonus.

κλύει. σὺ δ', ὦ Ζεῦ πρόγονε καὶ Δίκης σέβας,
δὸς εὐτυχῆσαι τῷδ' ἐμοί τε τῇδέ τε·
τρισσοῖς φίλοις γὰρ εἷς ἀγών, δίκη μία,
ἢ ζῆν ἅπασιν ἢ θανεῖν ὀφείλεται.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

στροφή.

Μυκηνίδες ὦ φίλιαι,
τὰ πρῶτα κατὰ Πελασγὸν Ἀργείων ἕδος.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ α΄.

τίνα θροεῖς αὐδάν, πότνια; παραμένει
γὰρ ἔτι σοι τόδ' ἐν Δαναϊδῶν πόλει.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

στῆθ' αἱ μὲν ὑμῶν τόνδ' ἁμαξήρη τρίβον,
αἱ δ' ἐνθάδ' ἄλλον οἶμον ἐς φρουρὰν δόμων.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ α΄.

τί δέ με τόδε χρέος ἀπύεις,
ἔνεπέ μοι, φίλα.

1236. Vulgo *δότ'*. Duo Leidenses ap. Valck. ad Hippol. 1403. Flor. 2. 10. Taur. Mosc. d. et pro diversa lectione Guelf. *δός*. Id iam Matthiae verum esse suspicabatur.

1239. Scripsi *φίλιαι* pro vulgato *φίλαι*.

1240. Hic versus quum certo fuerit trimeter iambicus, mutandus erat qui in libris est ordo verborum *κατὰ Πελασγὸν ἕδος Ἀργείων*.

1241. Corrupit haec metri dochmiaci ignoratione Porsonus.

1243. Vulgati ut Flor. 33. e correctione, Aug. a. *τήνδ' ἁμαξήρη τρίβον*. Ceteri codd. cum iisque Ven. a. et a prima manu b. *τόνδ'*. Eustathius p. 74, 2. *ἔτι δὲ καὶ ἡ τρίβος καὶ ὁ τρίβος, ὡς Εὐριπίδης γράφει*.

1245. Hic versus est ex antispasto et dipodia iambica.

1246. Vulgo *ἔννεπε*. Plerique codd. *ἔνεπε*: nonnulli omittunt *μοι*.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

φόβος ἔχει με μή τις ἐπὶ δώμασι
σταθεὶς ἐπὶ φοίνιον αἷμα
πήματα πήμασιν ἐξεύρῃ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ α΄.

χωρεῖτ', ἐπειγώμεσθ'· ἐγὼ μὲν οὖν τρίβον
τόνδ' ἐκφυλάξω, τὸν πρὸς ἡλίου βολάς.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β΄.

καὶ μὴν ἐγὼ τόνδ', ὃς πρὸς ἑσπέραν φέρει.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

δόχμιά νυν κόρας διάφερ' ὀμμάτων
ἐκεῖθεν ἐνθάδ', εἶτα παλινσκοπιάν.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β΄.

ἔχομεν ὡς θροεῖς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἀντιστροφή.

ἑλίσσετέ νυν βλέφαρον
κόραισι, δίδοτε βοστρύχων πάντῃ δία.

1248. Vulgo *φόνιον*. Recte Guelf. *φοίνιον*. De metrica ratione talium versuum dictum in Elem. doctr. metr. p. 275. seqq.

1251. Vulgo *τήνδ'*. Plerique codd. *τόνδ'*.

1252. Vulgo *τήνδ' ᾗ*. Pauci codd. *τόνδ' ᾗ*, plerique *τόνδ' ὃς*.

1253. Guelf. Taur. Ven. b. *κόραις*. Ceteri libri *κόρας*. Deinde Ald. Havn. *εἶτ' ἀπ' ἄλλην σκοπιάν*. Multi codd. *εἶτ' ἐπ' ἄλλην σκοπιάν*. Taur. Ven. a. *εἶτα πάλιν σκοπιάν*. Porsonus *εἶτα παλινσκοπιάν*.

1255. Dedit hunc versum choro Euripides laesa aequali distributione personarum, ut interloqueretur aliquid chorus, quo ne Electra antistropham cum stropha continuaret.

1256. Porsonus cum Kingio ex paucis nec bonis codd. *βλέφαρα*. Ald. Ven. a. et plerique codd. *βλέφαρον*.

1257. Vulgo: *κόραισι, δίδοτε διὰ βοστρύχων πάντῃ*. Flor. 2.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ α'.

ὅδε τις ἐν τρίβῳ. τίς ὅδε, τίς ὅδ' ἄρ' ἀμ-
φὶ μέλαθρον πολεῖ σὸν ἀγρότας ἀνήρ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἀπωλόμεσθ' ἄρ', ὦ φίλαι· κεκρυμμένους
θῆρας ξιφήρεις αὐτίκ' ἐχθροῖσιν φανεῖ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ α'.

ἄφοβος ἔχε· κενός, ὦ φίλα
στίβος, ὃν οὐ δοκεῖς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

τί δέ; τὸ σὸν βέβαιον ἔτι μοι μένει;
δὸς ἀγγελίαν ἀγαθάν τιν'
εἰ τάδ' ἔρημα τὰ πρόσθ' αὐλᾶς.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ α'.

καλῶς τά γ' ἐνθένδ'· ἀλλὰ τἀπὸ σοῦ σκόπει·
ὡς οὔτις ἡμῖν Δαναΐδων πελάζεται.

---

17. *πάντα.* Tres codd. ex correctione Triclinii *πάντα διὰ βοστρύχων.* Canterus coniecit, *κόρας διάδοτε*, plana sententia. Non putavi tamen mutatione indigere *ἑλίσσετε βλέφαρον κόραισι*, quod poeta *βλέφαρον* saepissime pro oculo nominant.

1258. Libri: *ὅδέ τις ἐν τρίβῳ προςέρχεται. τίς ὅδ' ἄρ' ἀμφὶ μέλαθρον πολεῖ.* Brunckius coniecerat *φαντάζεται*, quod repertum in Mosc. d. recepit Porsonus. Quidquid hoc verbi est, supplementum interpretis esse vidit Seidlerus. Geminandum erat *τίς ὅδε.*

1261. Ald. Flor. 21. *ἐχθροῖς ἢν φανῇ.* Ven. b. cum ceteris fere *ἐχθροῖς εἰ φανεῖ.* Emendavit Porsonus.

1263. Ald. Flor. 2. *ὃν σὺ δοκεῖς.*

1265. Plerique libri *τινά μοι.* Omittunt *μοι* Flor. 34. K.

1267. Plerique codd. *τά γ' ἔνθεν.* Aug. a. *τά γ' ἐνθάδ'.* Porsonus cum Mosc. d. *τά γ' ἐνθένδ'.* Deinde Ald. et pauci codd. *τἀπίσω.* Plerique *τοὐπίσω.* Unus alterve *τἀπί σοι.* Par. A. ut Canterus coniecerat *τἀπὶ σοῦ.* V. D. in censuris trimestribus fasc. XVIII. p. 65. *τἀπὸ σοῦ*, ut oportebat, si *ἐνθένδε* scriberetur.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β'.

εἰς ταὐτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδὲ τῇδ' ὄχλος.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

φέρε νυν ἐν πύλαισιν ἀκοὰν βάλω·
τί μέλλεθ' οἱ κατ' οἶκον ἐν ἡσυχίᾳ
σφάγια φοινίσσειν;

ἐπῳδός.

οὐκ εἰςακούουσ'· ὦ τάλαιν' ἐγὼ κακῶν.
ἆρ' ἐς τὸ κάλλος ἐκκεκώφηται ξίφη;
τάχα τις Ἀργείων ἔνοπλος ὁρμήσας
ποδὶ βοηδρόμῳ μέλαθρα προςμίξει.
σκέψασθέ νῦν ἄμεινον· οὐχ ἕδρας ἀγών·
ἀλλ' αἳ μὲν ἐνθάδ', αἳ δ' ἐκεῖσ' ἑλίσσετε.

ΧΟΡΟΣ.

ἀμείβω κέλευθον σκοποῦσα πάντᾳ.

ΕΛΕΝΗ.

ἰὼ Πελασγὸν Ἄργος, ὄλλυμαι κακῶς.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ α'.

ἠκούσαθ'; 'ἄνδρες χεῖρ' ἔχουσιν ἐν φόνῳ.

1271. Mosc. a. Havn. Aug. d. *τί μέλλετ', ὦ κατ' οἶκον.*

1274. Ald. ut Aristophanes scribebat *ἐκκεκώφωται.* Ven. a. b. et reliqui fere codd. cum Terentiano Mauro p. 2404. v. 963. *ἐκκεκώφηται.*

1275. Non pauci Mss. *ἐν ὅπλοις.*

1279. Ald. *ἀμείβομεν κέλευθον σκοποῦσαι πάντῃ.* Mss. *ἀμείβω κέλευθον σκοποῦσ' ἅπαντα* vel *σκοποῦσα πάντα.*

1281. Porsonus *ἠκούσαθ'; 'ἄνδρες* pro vulgato *ἠκούσατ' ἄνδρες.* Hic et sequens versus vulgo Electrae tribuebantur, qui sunt hemichoriorum.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β'.

Ἑλένης τὸ κώκυμ' ἐστίν, ὡς ἀπεικάσαι.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ Διός, ὦ Διὸς ἀέναον κράτος,
ἔλθ' ἐπίκουρον ἐμοῖς φίλοισι πάντως.

ΕΛΕΝΗ.

Μενέλαε, θνήσκω· σὺ δὲ παρών μ' οὐκ ὠφελεῖς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

καίνετε, καίνετε, θείνετε, θείνετε,
*δίπτυχα, δίστομα φάσγανα * * **
ἐκ χερὸς ἱέμενοι,
τὰν λιποπάτορα λιπόγαμόν θ', ἃ πλείστους

1283. Hos duo versus cum Mosc. Flor. 17. Electrae dedi, in vulgatis choro tributos.

1284. Flor. 33. Taur. Aug. d. Ven. a. *ἐπίκουρος*. Deinde plerique omnes Mss. *ἐμοῖσι φίλοισι*. Ald. *ἐμοῖς φίλοισι*.

1286. Valde haec in libris perturbata sunt. Tribui autem in libris recte videntur Electrae; non, ut scholiastam sensisse apparet, chori sunt, quem non decebat tanta cum ira caedentes adhortari. Ald. *φονεύετε, καίνετε, θείνετε, ὄλλυτε, δίπτυχα δίστομα φάσγανα πέμπετε*. K. omittit *φονεύετε*. In Par. A. Mosc. d. Guelf. Flor. omnibus, Taur. Aug. b. Ven. a. b. abest *θείνετε*. Porro *πέμπετε* omissum est in Flor. 2. Taur. Par. A. Aug. d. Ven. b. Habet *πέμπετε* Ven. a. adscripto *γρ. θείνετε*. Quae de his versibus certo statui possunt, haec sunt: numeros esse dactylicos, quod hos res quae agitur postulat: quare *φονεύετε* et *ὄλλυτε* non dubitandum quin interpretum verba sint. Eo in numero habendum etiam *πέμπετε*. Deinde non dixisse Electram semel *καίνετε*, sed aut verbum idem aut notionem quae in eo verbo est iterare debuisse. Ex quo haec scriptura efficitur: *καινέτε, καίνετε, θείνετε, θείνετε*. Post *φάσγανα* autem excidit dactylus, ut fortasse scriptum fuerit *φάσγαν' ἔσω χροός*.

1289. Vulgo: *τὰν λειποπάτορα, λειπόγαμον, ἃ πλείστους ἔκτανεν Ἑλλάνων*. Multi codd. omittunt *τὰν*, duo non optimi id repetunt ante *λειπόγαμον*. In multis libris est *λιποπάτορα* et *λιπόγαμον*. Deinde Par. A. Flor. 10. Guelf. *ἔκανεν* praebuerunt. Matthiae

ἔκανεν Ἑλλάνων
δόρει παρὰ ποταμὸν ὀλομένους, ὁπόθι
δάκρυα δάκρυσι συνέπεσε σιδαρέοις
βέλεσιν ἀμφὶ τὰς Σκαμάνδρου δίνας.

ΧΟΡΟΣ.

σιγᾶτε σιγᾶτ᾽· ᾐσθόμην κτύπου τινὸς
κέλευθον εἰςπεσόντος ἀμφὶ δώματα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ φίλταται γυναῖκες, ἐς μέσον φόνον
ἥδ᾽ Ἑρμιόνη πάρεστι· παύσωμεν βοήν.
στείχει γὰρ εἰςπεσοῦσα δικτύων βρόχους.
καλὸν τὸ θήραμ᾽, ἢν ἁλῷ, γενήσεται.
πάλιν κατάστηθ᾽ ἡσύχῳ μὲν ὄμματι,
χρόᾳ τ᾽ ἀδήλῳ τῶν δεδραμένων πέρι·
κἀγὼ σκυθρωποὺς ὀμμάτων ἕξω κόρας,

---

ex mea emendatione, *τὰν λιποπάτορα λιπόγαμόν θ᾽ ἃ πλείστους ἔκανεν Ἑλλάνων.* Sunt enim haec dochmiaca usque ad finem strophae.

1291. Libri *δορί.* Scripsi *δόρει*, et *ὁπόθι* pro *ὅθι.*

1292. Vulgo: *δάκρυα δάκρυσιν ἔπεσε σιδαρέοισι.* Multi codices *συνέπεσεν* vel *συνέπεσε.* Par. A. Flor. 32. addunt *ἔπεσε.* Vnde Brunckius et Porsonus *συνέπεσεν, ἔπεσε.*

1294. Ven. a. b. *κτύπου* cum libris omnibus praeter R. M. ex quibus Porsonus *κτύπον* recepit, quod accusativus paullo melius rei iungeretur. Hoc opinor volebat, si *κτύπου τινὸς* legeretur, ambiguum esse utrum homo aliquis an ipse *κτύπος* diceretur *κέλευθον εἰςπεσών.* Flor. 10. *τινὸς κτύπου.* In Flor. 21. omissum *τινός*, quo sane carere possemus, si pro eo *πόθεν* legeretur. Non enim recte puto glossatores ad *τινὸς* supplere *ἀνθρώπου*, quum recte etiam sonitus in viam incidisse dici potuerit.

1296. Havn. *φόνου.*

